bundi tunc recreamur cuꝫ ad ſacieta-
tem ebibimus: q̃diu vero ſiti vexabi-
mur: vel omnibus exhauſtis fontibꝰ
fluminibuſqꝫ per nos abſoꝛptis: ꝛ an-
gimur magis ꝛ acrius cruciamur. Ip-
ſe ergo ſi ſeculi huius bona acceperis
nec eadem intermiſeris augendi deſi-
derium eo te maioꝛi cruciatu afficies:
quo et plura guſtaueris. Ne itaqꝫ exi-
ſtimes ex hoc multaꝝ rerum comple-
xu aliquam tibi: niſi diuitias ſpreueris
poſſe afferri voluptatem: q̃diu enim
eas concupieris: nunqꝫ ſupplicio care-
bis. Amoꝛ quippe diuitiaꝝ ille inex-
plebilis eſt et infinitus: quantoqꝫ plꝰ
proceſſeris vie tanto magis a fine abe-
ris. Nonne igitur cupiditas hec pro
mõſtro et extrema ſecoꝛdia eſt habẽ-
da? Erit itaqꝫ pñcipio nobis his aua-
ritie malis longius abeundum: quin
potius neqꝫ talia ſunt deſideria attin-
genda: vel ſi attigimus fugiẽda erũt
initio ſtatim: neqꝫ his diucius immo-
randum. Quod ſalomon de muliere
adulterata diſſerit hoc modo ꝛ cõmo-
nẽfacit. Deſalta: ne morã traxeris: ne-
qꝫ domus illius foꝛes adieris. Nec ſe-
cus ipſe de pecuniaꝝ auiditate dixerĩ
nã ſi ſenſim te vaſtũ illud furoꝛis ma-
re adire contigerit: haud facile reue-

care gradū q̄ueris: difficulterqꝫ victoꝛ
euades: nec ſecus ac ſolēt qui capitis
vertigīe detinentur. Unde ſi in huiꝰ
auaritie ꝓfunditatem deſcenderis: te
ipm̄ ac tua vniuerſa deperdes: quare
principia ipa nobis cauenda ſunt: q̄
ve minoꝛa fuerint mala euitanda: e q̄
bus et maioꝛa oꝛtū ducunt. Nam qui
errata vel ſingula vti exigua paruipē
dere cōſueſcet: paulatī omniū patiēt
iacturam. peccatoꝝ ſiquidem incuria
et neglecta facinoꝛa: et vicia induxere:
et vrbiū menia ſolo equarūt. Sic et
coꝛpibus moꝛbi increſcunt: cū illoꝛuꝫ
vel tenues cauſe negliguntur. Atq̄
eſau niſi pꝛimogeniture renūtiaſſet:
nequaqꝫ eſſet indignus bn̄dictione ef
fectus. Itē ſi ſe benedictione non ab
dicaſſet: nec fraticidiū cōmittere con
cupiſſet. Cayn preterea niſi pꝛimogei
ture fuiſſꝫ deſiderio captus: ſꝫ eiuſdē
deo curam demandaſſet: nunqꝫ ſecun
da fuiſſet pꝛimogenita conſecutus. q
bus adeptis ſi cōmonefaciēti ſe deo
paruiſſet: cedē nūqꝫ parturiſſet. Rur
ſum fratricidio cōmiſſo ſi eum rei ge
ſte penituiſſet: deoqꝫ ſe appellanti nō
impudentius reſpondiſſet: nihil eſſet
in reliquum mali perpeſſus. Qꝫ ſi hi
quos ante conditā dei legē fuiſſe con
ſtat. pre iſtiuſmōi negligentia: ſenſim
ſūt ad ipſius malignitatis ima ꝓlap
ſi: cogita quid nobiſcū agetur: qui ad
maioꝛes ſumꝰ foſſuras euocati: ni di
ligentius nobis precauerimus: ⁊ ma
loꝝ ſcintillulas priuſqꝫ ignē ſuſcitent
extingnamꝰ. Quorſuꝫ hec? Deierādi
frequētioꝛi teneris cōſuetudine? non
mō ergo huic erit vitio obſiſtenduꝫ:
ſed tollendum pꝛoꝛſus ⁊ iuſiuranduꝫ
id ſi egeris: ⁊ laboꝛe quouis: ⁊ peierā
di vitio vacabis. longe enim ē diffici
liꝰ non deierare: qꝫ nullo oīno iura
mento inſueſcere. Conuiciatoꝛ ſi fue
ris vel contentioſus: aut ꝑcuſſoꝛ: pꝛo

ſcribe tibi non iraſcēdi legem nec cla
mitādi. hoc pacto cū radice vna ⁊ fru
ctus interibit. Libidinoſus es ⁊ incō
tinēs? ꝓpone tibi metas ⁊ terminos:
nullā mulierū ſpectandi: neqꝫ in foꝛo
alienū decoꝛē oculis circūluſtrandi.
Leuius enim multo a muliebꝛi aſpcū
abſtinebimus: qꝫ viſa et cōcupita fe
mina: libidinū incitamenta ꝓpulſabi
mus. ſiquidem et leuioꝛa ſunt que pꝛi
mum nobis inferuntur certamina: tā
etſi nihil erit nobis decertādū: ſi nec
poꝛtas ipſi hoſtibus patefaciemus:
aut admiſerimus vicioꝝ ſemina. Ide
co xp̄us virum inceſte mulierem ſpe
ctantē pena affecit: vt nos laboꝛe ſub
leuaret. indicit naqꝫ pꝛius e domo ho
ſtē eijciendū: qꝫ ſumptis viribus fi
at validioꝛ: ac eū depelli facile queat.
Quid eniꝫ opus eſt fruſtra nobis ip
ſis exhibere negociū et manus cū ho
ſte conſerere: cū liceat palma ſine cer
tamine cōpari: et pꝛeripi queat añ in
ceptum bellū victoꝛia? Neqꝫ eī adeo
laboꝛioſum ē a mulierū aſpectu conti
nere oclos: qꝫ viſis ⁊ circūſpectatis:
abſtinere. q̄n etiā neqꝫ ipſa oculoꝛū ab
ſtinentia quippiā habere videtur diffi
cultatis: ſed aſpectus ille ſudoꝛis plu
rimum habet et laboꝛis. Qꝫ ſi vel ea
res iſtiuſmodi difficultatibus vacaret
pꝛeſtaretqꝫ ꝺ ſe lucrū aliquod nec me
diocre: quid tamen nobis ꝓperandū
eſt: vt malis om̄ibus abūdantiſſimū
pelagus adeamus. pꝛeſertim cū nō ſo
lum ſit a feminarū intuitu hoc: abſtie
re facillimū: verū et ab eaꝝ cōcupiſcē
tia ne inquinari quidem cōcedatur?
Cōtra vero q̄ feminā viſerit: vt ſum
mo cuꝫ laboꝛe: ſic non ſine animi labe
euadet: ſi foꝛte ſit aliqñ euaſurus. vt
qꝫ is qui facierum ſpeciē decoꝛem ve
haudquaqꝫ attenderit: eritqꝫ omnibꝰ
que iñ admittūtur libidinibꝰ vacuus
ſic qui fuerit in viſendo cupidioꝛ: cū

mentem primum cogitatu fedauerit:
querit demuz admiſſe cupiditatis no
tam excutere: ſi excuti quoquã pacto
queat. Idcirco xp̃us ne talibus affi-
ciamur: nõ ſolum homicidiũ verum
et iracundiã interdixit. nec feminam
mõ non adulterare: ſ; ne inceſte q̃dez
intueri iniunxit. neqꝫ ſolum non deie
randũ vetuit: quinetiã et ſuſtulit iuſ-
iurandũ. Sic ne hoc quidez pacto di
menſa virtute contentus: et legibus
eiuſmodi promulgatis: ad maiora pro
ceſſit. ſiquidẽ humana cede īterdicta:
iniunctaqꝫ non iraſcendi lege: indicit
etiã ad tolerandas iniurias patiẽtio
res eſſe debere. neqꝫ fore ſolũ pro inſi
diantis arbitrio ſuſtinẽdos inſultus:
quinetiã vincendũ eſſe inſultãtis fu-
rorem noſtre tolerãtie magnitudine.
Non enim dixit ſiquis te in dexterã
malam ꝑcuſſerit: feres animo equiori
et obticebis: verũ et alterã fore per-
cuſſori porrigendam addidit. Sic enĩ
perſpicua paratur victoria: ſi plus illi
ꝙ velit conceſſeris: ſueqꝫ male cupidi
tatis ⁊ metas: tue magnanĩtatis grã-
ditate ſuperaueris. hoc enim pacto ⁊
illius ſoluiſti inſaniam ⁊ quod ſecũdo
patientius tuleris: prioris tolerantie
mercedez ſartiet. Vides itaqꝫ vti ni-
hil ex illata iniuria offendi: in noſtra
eſſe: non in inferentis poteſtate: neqꝫ
ſolũ nullo affici malo. ſed quod aliquã-
do patimur noſtri eſſe non alieni arbi
trij: quodqꝫ mirũ magis videri debet
nulla prorſus offendemur iniuria: ſi
nobis paululũ aduigilabimꝰ. qui pro
beneficio erit quodcũqꝫ in nos ius
preter et equũ inferetur. Exẽpli grã:
fuit in te quiſpiã cõtumelioſus. potes
ſi libet: hãc in tuã conuertere laudem
cõtumeliã: nã ſi contra et ipſe fueris
in te laceſſentem conuiciatus: accumu
labis conuiciandi feditatem. verũ ſi
te conuitio inſectantẽ laudibus proſe-
queris: ſpectabis qui aderunt palma
te et gloria indicaſſe non indignum.
Vides cuz volumus iniurias nobis
in beneficiũ ceſſiſſe: quod item de pe-
cuniarꝝ iactura: de plagis ingeſtis: et
iſtiuſmodi ceteris: contingere poteſt.
ſi aliorꝝ in nos malefacta accumulatis
beneficijs compẽſabimus: taliqꝫ mu
nificentia duplicem nobis ipſi ⁊ pal-
mam vendicamus ⁊ coronaz nectimꝰ:
ita fit: vt ſi accedens quiſpiam: hunc
illum ve afferat fuiſſe de te impudẽti
us locutũ: et vulgo maledictis īceſſe
re aſſeueret: tum ſi conuiciatorẽ coraz
delatore ipſo laudaueris plurimuz: ⁊
obtrectantis iniurias vindicabis: et
penas capies: quippe qui rem hanc
memoratu dignam geſtã ꝑ te fuiſſe co
gnouerint: et te laudibus efferẽt: ⁊ o-
dio cõuitiantẽ inſectabũtur: aſſerẽtqꝫ
hunc quauis fera beſtia nequiorẽ: qñ
quidem nullam tibi iniecerit conuiti-
ando triſticiã: cum ipſe qui ſis iniuria
affectus nihil mali pro malo accepto
retuleris: argueſqꝫ hoc pacto dicta ī
te omnia commenticia fuiſſe et falſo
obiecta. Solet enim qui alienis in ſe
maledictis offenditur: conſciẽtiã de-
lati criminis pre ſe ferre. contra vero
qui cuncta que obijciuntur irridens:
et vti nullius momẽti ducẽs: quauis
ſe ſuſpitione leuabit. Cogita itaqꝫ ꝙt
bona hanc tuam moderantiam conſe
quãtur. ſiquidez et te quauis eximes
animi ꝑturbatione: quodqꝫ primum
fuerat dicendũ: vel pc̃tis: quibꝰ forte
fueris obnoxius crueris: qñ crimina
tores tam leni aĩo feres: ꝙ phariſeuz
tulerit publicanus obtrectantẽ. Ac-
cedit etiã ꝙ aĩm ad ſapiẽ ſtudiũ exer-
cẽdo iſtituis: et laudẽ tibi oĩm cõſen
ſu comparas non mediocrem: eriſqꝫ
quauis obiectorꝝ criminũ ſuſpitione
ſolutus. ꝙ ſi in noĩs tui detractores
vĩdicãdũ cẽſueris: facile id abundeqꝫ

ſequetur: qñ vel pro maledictis ſup-
plicium ſumpturus eſt deus: eritqꝫ il-
li tua: vel ante id ſupplicij temp⁹: in ꝑ-
niciē tolerātia. Nihil enim adeo ma-
ledicos mordet frenatqꝫ: q̄ꝫ illate con-
tumelie cōtemptus. nā quēadmodū
tot bona ex ipſa ſapiā emanant: ita ex
ipſa aī puſillitate: pleraqꝫ mala conti-
gunt: ſiquidem et ipſi ignominia no-
tamur: videbimurqꝫ ſpectantibus ce-
teris delati criminis non exꝑtes ani-
mūqꝫ indignatione opplebimus: ⁊ ho-
ſte iocunditate affecto: deū irritabim⁹
ſupinducemuſqꝫ erratis priſtinis no-
ua delicta. Que oīa cum ita ſe habere
intelligamus: euitemus impatiētie ꝑ-
cipitiū: noſqꝫ ad ipſius tolerātie por-
tum cōferam⁹: vt hic noſtris animis
pro xp̄i pollicitationibus quiete inuē-
ta: eiuſdē cū dono et gratia: tuꝫ beni-
gnitate et clementia bona eterna con-
ſequamur.

¶ Contra gulaꝫ et ceteras corporis
voluptates. ¶ Sermo. iij.

Corpus nobis reliqs rite pa-
ctis morte mulctādum eſt. ve-
rū quod abſit: haudquaqꝫ cor-
poris ſubſtantiam ipam conficiendaꝫ
dixerim: verū incitamenta et libidinū
impetus mactandos duxerī: qui nos
ad praua facinora cōpellūt. Naꝫ ⁊ hu-
manum nihil ſubire: nec indulgere vo-
luptatibus vite loco habendū eſt. ſiq-
deꝫ q̄ his ſe dediderit: pre triſticia: for-
midine: ꝑiculis: et multiplici aīoꝝ af-
fectu: q̄ illis immixta in examinis mo-
rem circunferuntur: vitā ducere quie-
tius in reliquū haud poterit: adeo vt
ſi ei hac vita ſit excedendū pre horore
quodā ⁊ metu vel ante cōſtitutū obe-
at mortem. Itē ſi futurā egritudinem
ſuſpicetur: ſi contumeliā: ſi pauperta-
tem: ſeu aliud iſtiuſmodi q̄cpiam ex in-
ſperato affuturū ꝓuiderit: perit ilico
et conſumitur. Quo vite genere quid
eſſe poteſt miſerius? Contra vero q̄
ſpū vixerit nulla erit ſimili calamita-
te obſtrictus. ſed timore: meſticia: diſ-
crimine. erit et quauis rerū mobilita-
te ſuperior: neqꝫ eo victor euadet q̄
nil ſit aduerſi ꝑpeſſus: ſed quod ma-
ius vtiqꝫ ē: aduerſos oēs fortune ca-
ſus cōtemnat: idqꝫ eo pacto fiet ſi ſpi-
ritus nobis diuinus inhabitauerit:
qui nō ad breue aſſeritur: ſꝫ perpetuo
habitaturus. Naꝫ inhabitare ſpiritū
dicit non inhabitaſſe: vt continuā ei⁹
manſionem oſtendat. Quocirca: q̄ vi-
taꝫ hanc viuere creditur: ſempiterne
illi ac perpetue īterēat neceſſe eſt: vn̄
et dictū illud eſſe conſtat. Spūs vita
ē per iuſticiā. Sed hec vt clarius in-
noteſcant: ꝓducamus hoīes duos in
medium: quoꝝ alter laſciuie ſit ⁊ vo-
luptatibus deditus: alter vero proꝛſ⁹
ſit his rebus demortuus videamuſqꝫ
vter horum ſit viuens dicendus: con-
cedatur: abundet alter diuitijs: ſit eti-
am conſpicuus: ſit inſignis: alat para-
ſitos: helluones: adulatores: vniuer-
ſumqꝫ his in rebus diē terat: det iteꝫ
laſciuie opam: debacchetur. Alter ve-
ro parce ob victus auſteritatem ⁊ tē-
peranter viuat: veſperi dūtaxat cibū
capiat neceſſariuꝫ: maneat ſi velis ad
dies binos ternos ve impaſtus. quē
hoꝝ magis viuē exiſtimabitis? Cre-
do pleroſqꝫ mollem ꝓdigum et bono-
rum diſſipatorem: opinaturos: at nos
eum dixerimus qui in his bonis for-
tune modū ſibi ꝑfinit. Sed quoniam
diſceptatio hec ex re orta eſt: adeam⁹
interea iſtoꝝ domos: vel eo maxime
tempe: quo tibi opulētus ille viuere
videatur. cū ī ſuis inq̄ꝫ delitijs diuer-
ſatur. Ingreſſiqꝫ ſpectemus quibus
ſint ijdē illi in rebus occupati. ex his
enim que per eos gerētur: quot⁹ quiſ-
qꝫ eoꝝ fuerit mortuus ne an viuens
ſit apparebit. Inueniem⁹ certe alteruꝫ

libris incūbentem : vacātē rei diuine
abſtinentie vel rebus neceſſarijs īcū
bentem: habentemqꝫ cum deo ſermo
nem. alterum vero madentem mero ⁊
emortuum: apud quem ſi ad veſperū
vſqꝫ moram traxerimus: nihil euz in
melius videbimus ꝓfeciſſe : quin im
minentem ei mortez magis ac magis
augeri: et exortam inde increſcere ſo
nolentiam. Hūc vero noſtrū ſobriū
dico et continentem : vel noctes ſpe
ctabimus inſomnes ducere. Utrum
itaqꝫ hoꝝ vite plus habere dixerimꝰ
cum ne qui ſine ſenſu proſtratus iacꝫ
et torpidus: et cunctis eſt ad riſuz ex
poſitus: an actuoſum illū et deo collo
quentem? hunc quidem dixerim. illū
nanqꝫ ſi accedens rez aliquā oportu
nam rogaueris: nihil magis ꝙ quem-
piā vita functū audies reſpondentē.
cū noſtro vero hoc interdiu noctuqꝫ
verſari cupieris. eū quippe audies et
de rebus celeſtibus diſſerētē: et ange
luz potius agentē ꝙ hominē. Uides
ne vti is pro eius vite ſolertia ⁊ inte
gritate inter viuos obtineat primatū:
ille vero mortuis ipſis miſerabiliꝰ iace
at conſternatus ⁊ torpens: intera gen
dumqꝫ ſiquid forte agere videat: ni-
hil gerendaꝝ rerū ordinez diſcernat:
furentiumqꝫ ſit haud abſimilis: quin
et his longe calamitoſior quibus affe
ctis iniuria cōdolemus et increpamꝰ
ſi quos his forte conuitiari conſpica
bimur? illū vero ſiquis inuadat: non
mō nihil erimus ꝯmiſerati: ſed iacen
tem potius et proſtratum merito fuiſ
ſe malo affectum pronunciabimꝰ. Nū
erit hec vita dicenda: que mortibus i
finitis ē grauior? Uides itaqꝫ hoīez
delitijs incumbentem non ſolum vi-
uendo obiſſe mortem : ſed eſſe mortu
is lōge inferiorem: perniciosiorē qꝫ:
demone agitato et furijs? Quippe mi
ſericordia hic iudicat haud indignꝰ: il
le odio. veniam hic: penas ille: pro eiꝰ
tum vitijs: tum morbo meretur. Os
ſi adeo quiſpiaz exteriori hac facie. flu
ente ex ore pingui et marcente ſaliuo
et vigēte baccho grauis conſpurcat:
cogita ꝙ male cū aīa illa calamitoſa
agatur: que hoc in corpore tanꝙ in ſe
pulcro aliquo recondita eſt et contu
mulata. Cuiuſmodi in homine temu
lentia nec ſecus videri debet: ꝙ ſi bar
barus quiſpiam deformis et impurꝰ:
vi ſumma et poteſtate impetum faci
at in adoleſcentulam decoram aliquā
venuſtam et continentem. Quis igi
tur qui mentis ſit compos non potiꝰ
optet mille obire mortes ꝙ diē vnū:
hanc vitam degere? Qꝫ ſi orta iam lu
ce ex ea ſe ioculari ebrietate attollēs
ſobrius fortaſſe appareat. nebula ad
huc quadā ex vinolētie procella: ſibi
pre oculis obuerſante: nondū ſatis li
berā temperantia fruitur: eundem ſi
vel abſtinentem viderimus ⁊ mode
ſtum: quid iuuat: cū nihil ex eo aliud
aſſequatur vtilitatis: ꝙ ꝗ ſe crapule
inſimulantes recognoſcat? cum enim
impudentius agit: cū debacchatur: id
duntaxat lucrifacit ꝗ ſe irridere non
ſentit. vbi vero dies illuxit : amittit
omnem quā ex laſciuia ceperat volupta
tem ſiquidem familiam obmurmu-
rantem: et inſectātem ſe iurgio coniu
gem: obiurgantes amicos : inimicos
ludibrio ſe habentes recognoſcit. q̄d
ergo dici hac vita poteſt miſerius: ir
rideri ab omnibus interdiu et rurſū
eadez illa turpit inceptare? Uis etiā
cupidos in mediū producā? eſt enim
et hec deterior alia q̄dā debacchatio :
que et ſi dici hoc nomīe poteſt: conſe-
quenter et mors eſt. quin alio quo-
uis mortis genere tanto eſt acrior.
quanto grauior eſt temulentia. neqꝫ
adeo etiam vino madere moleſtum
ꝙ ipſa eſt pecuniarum affectatio infe

ſta. ibi enim iactura ad egritudinem
vſqꝫ prouehitur : corporeqꝫ et inſen-
ſibilitate ſubſiſtit. finitqꝫ in ipſi⁹ ebriā-
tis ꝑnitiē. hic vero in habē di.ſ. cupi-
ditate: detrimentū: et per innumeros
hoīm diſcurrit aīos: et varia vbiqꝫ ſu-
ſcitat bella. Age et hoīes cū auaritia
cū temulētia detētos adinuicē cōfe-
ramus: videamuſqꝫ qbus in reb⁹ aut
cōueniant inter ſe aut excedant. rur-
ſus inqꝫ fiat de ebrioſis cōparatio: qn̄
quidē nequeāt cum btō illo: cuius ſu-
pra meminimus ſpū incaleſcente con-
ferri: menſamqꝫ iterato infinitis cedi-
bus refertam in mediū ꝓducam⁹ ape-
riamuſqꝫ quib⁹ in rebus ſimillimi int̄
ſe et pares: ꝓ ipſius morbi natura vi-
deantur. nā cū huius morbi ſint ſpe-
cies varie: ſiquidē parti vino: partiꝫ
ex cupiditate nimia efficiūtur: morb⁹
tn̄ vtriſqꝫ ineſt nō abſimilis. eque eī
abſurda quadā auiditate detinentur.
Nā vīo grauis quo plures hauſerit
calices: eo magis ſitim incendit. Itē
et q̄ pecunie fuerit amore captus: qn-
to plura accumulauerit: tanto maio-
rē ſibi excitat cupiditatē. ⁊ auaritie flā-
mā: et grauius ſe diuexātē ſitim ſum-
miſtrat. ea itaqꝫ re vtriqꝫ ſunt pares.
verū in eo rurſus temulentū excedit
cupidus: qd illud ſit queris. ebri⁹ enī
rem patitur a natura nō alienā. Vi-
nū quippe natura calidū: cū innatā au-
xerit ſiccitatē: ꝑpotandi ingerit auidi-
tatē: vel inexplebilē. Vnde inquies
auaro et cupido tantus hic habendi
amor accreuit: vnde inquis? cū enī is
ad ſummū euaſerit diuitiaꝝ culmen:
tum maxime pauꝑ ē. Incredibilis ſa-
ne hic morbus: perplexus ē ⁊ ambigu-
us. Spectemus ergo ſi libet et hoſce
cū temulenti eſſe deſierit: ceperintqꝫ
mētis eē cōpotes: tā etſi cupidus ille
nunqꝫ ſit vioſe hui⁹ auiditatis exꝑs:
quin vtroſqꝫ potius cū ebrijs ſunt cō-
ſideremus: videamuſqꝫ vter hoꝝ ma-
gis ſit irridendus: effugiemuſqꝫ eos
acrius et ſuſcribamus: videbim⁹ cer-
te alterū pre vino delirātē: apertis o-
culis: nec quēpiā diſcernentē: oberrā-
tē fruſtra et agitari: in obuios quoſqꝫ
offendentē: euomentē: lacerū et īfor-
mē nudū: vſqꝫ adeo vt cūctis abūde
riſum moueat. Age ad hec et auarū
ī mediū ꝓferam⁹: cui⁹ res geſte ⁊ act⁹
non riſum mō: ſꝫ execrationē: iram et
fulmīa merebūtur. verū reliquis om-
iſſis: ꝙꝫ ſit irridendus ꝯſiderem⁹. ſi
quidē eque is atqꝫ vinaticus ille: ne-
minem vel amicū diſcernit vel hoſtē:
oculoſqꝫ apertos gerens: captus lumi-
bus ē. vtqꝫ ille preter merū nihil ha-
bet acceptū: ita et is preter pecunias
nil aliud ſpectat. longe vero huic gra-
uior eſt vomitus. ſiquidē non cibū po-
tum ve remittit. qn̄ verba conuicij:
diſſenſionis ⁊ mortis plena. infinita is
ſuper ī caput ſuū fulmīa ꝓuocat cui⁹
anima nō ſecus ſe hꝫ ꝙꝫ ebriantis cor-
pus q̄d maculoſuꝫ ē imbecille ac flui-
dū: qn̄ ne ipſe quidē huiuſce temulen-
tie vitio careat. quin q̄d grauius eſt:
curis capitur ira et vigilijs: aduſqꝫ ī-
teritū diuexatur: et ſenſiꝫ abſumitur.
quippe q̄ violētia opprimit̄: nocte trā-
acta pōt ⁊ ſobrius fieri. hic ꝟo ⁊ dies
et noctes auaritie ebrietate detinet̄.
acrioriqꝫ pena afficitur: ꝙꝫ qui vincul̄
aſtringuntur: vel qui metalla opant̄
et cudūt: vel ſupplicia patiūtur ſiqua
ſunt grauiora. Rn̄de mihi: nū hec illa
eſt vita: nec mors poti⁹ exiſtimāda:
quietiā vel quauis morte miſerior?
mors qppe corpus q̄eti donat: ⁊ quis
irriſione: dedecore ⁊ erratis liberū r̄d-
dit. at habendi cupientiſſima temulē-
tia hoīeꝫ plane in res eiuſmodi impi-
git: occludítqꝫ aures: excecat oculos:
mentem multa caligine obtenebrat.
nihil enī patitur preter fenora audire

decꝫ adauctis vſuris: turpi indecenti
ꝙ lucro: teſtandis tabernulis: ſerui-
libuſcꝫ ⁊ illiberalibus mercaturis in
uat verba facere: omnibus queadmo
dum canis oblatrat: oēs odit: oēs re-
ſpuit: cunctis eſt ſine cā infeſtus: īſur
git in paupes: opulētis inuidet: nulli
ſe gratū exhibet: nec vxori quidē: nō
liberis: non amicis. ꝙ ſi nequeat vn-
dicꝫ lucra congerere: vel hos quidē
habebit infenſiores: ꝙ qui natura ſūt
hoſtes. Quid p̄terea tali veſania aut
fieri deterius vel calamitoſius poteſt
ſiquidem ipſe tibi corpus habēti vni
cū: ventricꝫ ſolū indulgendo: ſcopu-
los precipitia terre hiat⁹ ⁊ quecūis ba
ratra ſumminiſtras: qui vel ſi aliqđ
ciuile munus inieris: impēſas verit⁹
predabundus rapis: moxcꝫ corrupte
lis et ambitu pleroſcꝫ alios cōparas
migrat⁹: ſupiore illo nō mō ſumptuo-
ſiores: ſed certiores quidē: cū mamo
ne ꝯbutū depēdis: necꝫ pecunijs dū
taxat vel corpis ſudore: anime ꝙ ipi⁹
dolore ⁊ tormentis: ſed ſanguine ipo:
improbo huic facis tyrāno ſatis: vt
aliqđ tibi magis accreſcat. miſerū eq-
dē te: ꝓ tua hac barbara ſuitute dixe
rī et calamitoſum: nōne quotidie ſpe
ctas q ad ſepulcra tumulādi grā effe
runtur: vt nudi et reb⁹ oīb⁹ deſtituti
educantur: vtcꝫ nihil eis liceat e do-
mo efferre: quin vel ea quib⁹. mortui
obtegūtur vermibus deferāt corro-
denda? Quocirca hec velim tecū aīo
diebus ſingulis reputes: forſitan hoc
pacto auaritie ī te morb⁹ oīs ſedabit:
ni forte vel ī ipſa funeris pōpa libue-
rit maius ī modū debacchari. Eſt ſane
id graue vitiū: et horribilis valitudo
eoqꝫ et nos contionibus ſingulis ha
bem⁹ de hiſce reb⁹ apud vos ſmonē:
ſumuſqꝫ forſan veſtris auribus īnocū
di: eaſqꝫ dicēdo exhaurim⁹: vt aſſue
te ſaltē ꝓficiant magis. Ceterū: neqꝫ
enim in hoc mihi veſtrū quiſpiā con
tradixerit: non ſolū in ipſo futuri iu-
dicij die: ſꝫ longe ante: varius iſte et
multiplex auaricie morbus: ſupplicia
ꝙ multa allaturus eſt: qn̄ nec vincti
et cōpediti neqꝫ longiori ⁊ aduerſa af
fecti valitudine: neqꝫ ij quidē quib⁹
cū inedia ⁊ fame colluctatio eſt: ſeu q̄-
uis mali genere preſſi talia ſuſtiebūt:
qualia pecuniaꝝ tolerant amatores.
Quid enī inferri cuicꝫ moleſtius pōt
ꝙ oīm in ſe concitare odia: ipſumqꝫ
oēs habere inuiſos. immitē ſe prebē
vniuerſ ⁊ itractabilē: expleri nunqꝫ:
ſiti cōtinua laborare: afflictari fame
aſſidua: vltra ꝙ credi pōt grauiori:
merore cōfici quotidiano: angi conti
nuo ⁊ ꝑturbari? Hec et his lōge plu
ra ſubeūt ij: qui accumulādi trahūtur
cupiditate: adeo vt ſi cūctoꝝ ſibi mor
taliū fortunas pariāt: nullā prorſus ꝑ
auiditate immodica ſentiant volupta
tem. Qui ſi vel nummi vni⁹ iacturā fe
cerint: putant ſe ſupra ceteros fuiſſe
grauiora perpeſſos: et vita ipſa exci-
diſſe: cuiuſmōi mala qs poterit ſmo
explicare? at ſi pn̄tia hec tāto pe illos
affligūt. cogita ꝙ acerbiora p⁹ mortē
tormēta manent. illū dico a regno ce
leſti caſum: dolorēqꝫ qui ſit ex gehen
na futurus: perpetuos carceres: tene
bras exteriores: vermes illos ⁊ vene
natos: dentium ſtridorem: pſſuras an
guſtias: ignis fluēta: et caminos inex
tinguibiles. Que oīa colligēs confe-
renſqꝫ cū ipſa pecuniaꝝ voluptate:
funditus hūc auaritie morbū reuelli-
to: vt graui ei⁹ inopia liber: et veras
tibi diuitias ꝯpares: boniſcꝫ cū his pn̄
tib⁹ et futura aſſequaris

¶ Ut hūanitati opaꝫ dem⁹ ¶ ſ. iiij.

Audite fratres Paulum di-
centē. Induite queadmoduꝫ
electi dei mīe viſcera. nos aūt
lōge aliter factitam⁹: ſi quidē adeūtē

quempiā vel nummū a nobis depre
caturū probro ⁊ maledictis inceſſim⁹:
et importunuꝫ appellamus .cuius rei
nō te pudet o hō.moleſtū ⁊ īportunū
clamitare panē depoſcentē ꝗs enim
vel ſi moleſtior eſſet:foret quidē mīa
dignus:qui adeo fame vexatus : tibi
pſonato homini ſupplicet . Qua in re
noſtra eſt crudelitas incuſanda .nam
ſi nec facile impartiri aliquid egenti
bus toleramus :varia coguntur arte
noſtrā inhumanitatē pellicere ⁊ emol
lire duritiem. Porro ſi argentū aurū
ve expoſcerent:aliqͥd forte rōis:duri
us tuum illud reſponſum hēre vide
retur.at cū neceſſariꝫ victus gratia te
adeant:qͥd inepte philoſopharis:ver
bis accurationibus ⁊ ſupuacaneis: ſo
pi ociū inertiāqꝫ exprobrādo ꝗ ſi in
quēpiā eſſent merito conferēda:nemī
oīm magis ꝙ nobis ipſis forēt obijci
enda.cuius pronuntiati in egenū pro
bri:memineris veli:cū deū ipſe adie
ris pctīs veniam cōprecaturus .tum
quidē ſenties dignius te hec poſſe a
deo:ꝙ a te paupem audire:nondū tñ
talibus in te ille verbis ē vſus:cuiuſ
mōi hec ſunt. Deſine iā. hinc abi ī rē
malā:admodū es ipſe importun⁹ Si
quidē poſtꝙ et tēpla ⁊ aras frequen
taueris:meaqꝫ et inſtituta ⁊ iuſſa per
ceperis :mox foro adito aurū libidīes
amicitias:neceſſitudīes: et reliq̄ iſti⁹
modi meis et legibus ⁊ inſtitutis āt
ponis:humilitatenqꝫ nūc preferendo
te ſupplicē reddis:poſtꝙ vero pcari
deſieris crudelē te exhibes et inhūa
nū.abi itaqꝫ hinc meqꝫ nec vltra adie
ris. Hac ipſi ⁊ ſi ſumus auditiōe:vel
acriori multo:nō indigni. nihil tamē
iſtiuſmodi improperat de⁹: quin tole
rat ille nos animo ingenti : cunctaqꝫ
per ſe ipſe exequitur : indulgendoqꝫ
pcantū vota excedit. Quod etſi nihil
hoꝝ nos fugiat:ſoluam⁹ inopū mēdi

citatē vel ſe ingerentiū:nec acrius vl
tra in eos inuehamur:qñ ⁊ nobis ad
ſalutem haud minus op⁹ ſit diuīa cle
mentia:ꝙ venia:et maiori quadaꝫ mi
ſericordia.neqꝫ enim conceditur nob
nec licet quidē noſtris omnibus dili
gētius diſcuſſis actionibus :ſine ſup
plitio vel morte ſalutē parere Ne igi
tur efficiamur alioꝝ acerbiſſimi exa
ctores et iudices ne forte acrius de
nobis ſupplicia exigant.cōmiſſa eniꝫ
habemus quauis venia nō inferiora
quin etiam illorum nos miſeret: quo
rum errata veniaꝫ non merentur:vt
eandem nobis vel diu ſeruatam com
paremus: vel potius ſi fuerim⁹ ꝗ ad
ingeniū ſuppetet et vires eniſi:nunꝙ
tanta in alios clemētia vtemur:quā
ta et ipſi indigebimus ab īdulgētiſſi
mo deo ꝓmereri. Quo igit̄ pacto nō
abſurdum videri debet:cum in tātis
ſimus ipſi rerum anguſtijs ad veniā
promerendaꝫ conſtituti:adeo nos eē
in cōſeruos parcos ⁊ illiberales : vt
in eos.i.ī nos ipſos oīa enixe facia
mus ꝗneqꝫ enī tam reliquos noſtroꝝ
beneficioꝝ indignos arguimus : ꝙ
noſmet diuina clementia . ſiquideꝫ ꝗ
cōſeruū verbo offēderit:deū habebit
ſe acrius laceſſentem . Non igit̄ erit
nobis ipſis detrahenduꝫ qñ inopes :
vel torpidos dixeris vel ignauos:re
liq̄ impriam⁹ adeūtes .ſolem⁹ eniꝫ ⁊
nos p̄ torpedine quadā vel īcuria ple
raqꝫ ōliq̄re:qnimo vl̄ ſi cūcta ab his
nr̄a emanāt errata: haudquaꝙ tamē
mox penas exigit deus : ſed ad peni
tendum nobis et ſpatium prebet : et
victum tribuit caſtigando inſtruen
doqꝫ:vel reliqua ad neceſſitateꝫ ſum
miniſtrat: vt ipſi hanc eius clemen
tiam ſectemur . Erit itaqꝫ noſtra hec
perdenda impietas:et feritas a nobis
omnis propulſanda: vtpote id nobis
potius ꝙ reliquis proſu

turuꝫ:nam cum egentibus argentum
panem:amictum ve:impartimus:tam
nobis ingentem gloriā vendicamus:
vt vllis nequeat verbis explicari Si
quidē incorruptibile corpus reſumē-
tes cum deo vna ⁊ laudem ſimus re-
cepturi ⁊ regnū:quod quāti ſit facien
dū:ex noſtraꝝ et preſentiū rerum cō-
iectura:vel leuiter cōprehendi licet:
tā etſi nequeat in pn̄tiaꝝ liquido ſatꝭ
internoſci:id tn̄ exēplis cōabimur ex
plicare Dic mihi ſi qs ſeneſcētē te et
inopē polliceatur in priſtinā reſtituꝫ
iuuentutē:redactum qꝫ ad priorē illū
etatis florem:effecturū etiā et valitu-
dine optima ⁊ virtute pſtantē:largitu
rum inſup tibi ad annos mille terraꝝ
orbis ſumma trāquillitate impiū: qd
nā ipſe pro iſtiuſmōi pollicitationibꝰ
vel facē:vel pati recuſares? Ecce igiꝰ
et xpūs non ſolū hec ſꝫ his longe ma
iora pollicetꝰ:neqꝫ enī quantū inter ſe
videntur ſenectus et iuuēta diſtare:
tantūdē eſt incorruptionis corruptō
niſqꝫ diſcrimē:neqꝫ pro ipſius princi-
patus et paupertatis:quin pro ſom-
niorum ⁊ veritatis interuallo: pre-
ſens hec gloria cū eterna illa conferē
da eſt:nec tn̄ ſatis adhuc hoꝝ interca
pedinē explicauerim.ſiquidē nulla e-
narrari poſſit eloquētia:futuroꝝ bo-
noꝝ magnitudo:ſi cū preſentibus cō
ferantur:et tempꝭ illius infiniti: et
momētanei huius rō habeātur. Quo
enī pacto cum preſenti hac quiſqꝫ vi-
tam illā cōtulerit ſempiternā: aut ter
renā cū celeſti quiete: que tm̄ videnꝰ
altrinſecus abeſſe:q̄ſtum a bello pax
ē:ociūqꝫ ſemotū? vtqꝫ puriſſima mar-
garita a luteo quouis lapillo ſecernitꝰ
ſic profecto eſt a corruptione immor
talitas aliena:quin quo pluribꝰ id ex-
primere connitemur: eo minus certi
aliquid vel ſimile afferemus. Quippe
ſi cum vel micantibꝰ ſolis radijs futu

ra nobis corpa contulerimꝰ: nihil tn̄
pro illoꝝ ſplēdoris dignitate explica
bimus Pro his itaqꝫ futuris bonis
que tā immēſe facultates aut que po
tius humana vita tāti vnqꝫ poſſunt
exiſtimari:que non vltro relinquēda
ſint? etenim ſiquis te in regiā aliquaꝫ
induxerit:ceteriſqꝫ aſtantibꝰ ⁊ princi
pis tibi beniuolentiā adeo conciliet:
vt poſt ſermōes familiariter habitos
cōuiuā te illi ⁊ comitē aſſiduū faciat?
nemini pfecto diceres te pro tāta bea
titudine cōceſſurū. At ſi celū conſcen
dere regiqꝫ illi oīm potentiſſimo aſſi-
tere:inqꝫ angeloꝝ conſpectu ſplēde-
ſcere:fruiqꝫ gloria ieffabili effecerit:
heſitares ne vel oīm fortunaꝝ pati ia
cturam:aut ſi illud cōduceret:vel vi-
ta ipa ſpoliari? quinimmo proſilires ⁊ le
titia efferri oporteret: ⁊ vt ita dixerī:
pre gaudio alas ſumē ad volatū atqꝫ
ipſe vt principatū aſſequaris:fraudā
di et rapiendi occaſiones innumeras
allaturū.et ſi illud haudquaqꝫ pro lu-
cro duxerim aut cōmodo:et tua diſpē
dis: ⁊ aliena mutuatus:vxorē ſi vſui
foret et liberos:nec vereberis in ſer-
uitutem dare.ob regnum autem cele
ſte illud nobis propoſitum: quod ne-
minem habet deo teſtificante ſucceſſo
rem:ne exiguos cōtinet angulos aut
terre partem: ſed celum integre ſub
eius ditione capit:ſegnior ipſe et pi-
ger pecunijs immerſus inhias? neqꝫ
intelligis qꝫ ſi inferior hec celi facies
que ad nos vergit tantum in ſe habꝫ
decoris et oblectamenti:qualis ſupe
rior illa et celum celi futura ſit. Sed
quoniam hec corporeis interea ocu
lis ſpectare non licet:conſcende men
te et cogitatione celum:quod ſupera
ſtans ſuſcipe:et ſupernum illud quod
altius tendit: attende immenſam il-
lam altitudinem et ſplendorem hor
ribilem: contemplare angelorum

multitudinem:archangeloꝝ gentem
innumerã:aliaſqȝ infinitas poteſtates
poſt hec deſcendens ſuperne ⁊ celicꝰ:
nota ⁊ oculis circũluſtra:noſtraꝝ ha
rũ rerum imaginẽ noſtrateſqȝ princi
pes:vti ſe circũ habeant:viros veſte
aurata conſpicuos:curꝛus inſuper au
ro vbertī excultos quos iumenta tra
hunt cãdidiora:et vehicula precioſio
ribus gẽmis ornata:vt aureos lectu
los:vt carpenta aureis bratteis cre
pitãtia:dracones preterea auro ⁊ ſeri
co veſtibus effigiatos:vt ſcuta aura
tis vmbonibus ⁊ lora ex auro:vario
lapillo diſtenta:equos demũ ipſos et
faleratos et auro obſeptos:cuiuſmo
di ornamenta:nihil profecto vltra:vi
ſo principe aut ſpectamus aut magni
facimus:princeps enim vel ſolus:tũ ex
eiꝰ porphireo amictu:tum diademate.
ſella fibula ⁊ ſoccis tũ demum fulgen
tiſſimo eius aſpectu oĩm noſtrum in
ſe oculos conuertet. His itaqȝ rebus
terrenis animaduerſis:animus erit
ad ſupiora transferẽdus. intẽdẽdꝰqȝ
ad horribilem illum iudicij diem:quo
chriſtꝰ ⁊ cognoſcendi ⁊ iudicandi grã
affuturus eſt:neqȝ enim beluaꝝ iuga:
vel aurata vehicula:ſed dracones ſpe
ctabis et ſcuta:ſed quod viſu horren
dũ et animos pauefacit:vt vel incor
poree obſtupeſcant ptãtes. ſiquidem
virtutes inquit celoꝝ commouebũtur.
Tunc preterea vniuerſum celũ pate
bit:ab ipſis cardinibus reuulſe diſ
turbabuntur et fores:deſcendet dei
vnigenitus filius.non vigenis aut cẽ
tenis viris ſeſe armis ſtipantibus:ſȝ
angelis innumeris:cherubin:ſeraphi
poteſtatibus reliquis circumſtãtibꝰ
Erũt tunc quidem oĩa formidinis
et terroris plena:cũ ex terre hiatu:q̃t
quot hoĩm qui ab ipſius Ade origie
vnq̃:diẽqȝ aduſqȝ illum futuri ſunt:
aut emergent:aut rapientur. Chriſtꝰ
vero cum tãta gloria apparebit vt eiꝰ
ſplendore:tam ſolis quam lune ⁊ ce
teroꝝ aſtroꝝ lux omnis occultetur.
Quibus poterunt verbis tum et beati
tudo illa:tum gloria:et ſplendor ex
plicari? Heu mi anime. oboriuntur enĩ
mihi nunc lachrymę ⁊ ingẽs incũbit
gemitus cogitanti quibꝰ excidimus
bonis et quali ſumus beatitudine ali
eni effecti:a qua tũ videbimur lõgius
abfuiſſe:cũ magni nihil aut boĩ opa
mur. Ne itaqȝ quiſpiã mihi hoc loco
gehẽnã cõmemorauerit. ſiquidẽ eiuſ
modi glorie caſum ſubire et gehenna
longe ſit grauius eadẽqȝ abeſſe:quo
uis ſupplicio deterius.nec duꝫ tamen
intermittimus ⁊ terrenis incumbere:
et demonũ nequicia falli qui pro pu
ſillis his ⁊ minimis rebꝰ nos priuabũt
maioribus. Quippe lutũ offerunt vt
aurũ ſubtrahant:vel potius vt celo
nos fraudent. vmbrã pferũt:vt a ve
ris ꝓpellant:inſomnia immittũt. Ni
hil enim aliud id preter dici poſſunt
fortune bona:vt luce oborta omniũ
nos arguãt egentiſſimos. Que oĩa ita
ſe habere intelligẽtes:caueamꝰ aliqñ
tãdem dolos hoſce et fraudes:animũqȝ
ad futura conuertamus.neqȝ enĩ affir
mare licebit ignoraſſe nos vitã hanc
breuem eſſe et tpariã:rebus preſertĩ
ipſis tuba clarius quotidie clamitan
tibus:pertenuẽ illã eſſe:ridiculã et i
formẽ:plenam diſcriminis:plenã vo
racitatis. Qua igitur erimꝰ excuſatio
ne digni:qñ criminoſa et turpia tãto
ſtudio conſectamur:fugimus vero q̃
glorioſos nos facerẽt ⁊ inſignes:vni
uerſiqȝ in ipſam pecuniaꝝ tyrannidẽ
concedimus. ſiquidem illaꝝ eſt ſerui
tus quauis tyrannide intolerabilior
quod pfecto nec eos fugit q̃ ea ſe vt
explicarẽt:digni ſunt hiti. Quocirca
⁊ vos vt optimã hanc libertatẽ pdi
ſcatis:refrigite vincula:extricate vos

laqueis nullum iaceat domi aurū: q̄n
quod īfinitis eſt pecunijs honorati⁹:
pietas et elemoſine recōdātur. id enī
nos faciet apud deum fidentiores: at
illud dedecore multo et pudore offū
dit. faciet ꝗ demones magnū in modū
in nos deſeuire. Quid igitur in te ho
ſtem ⁊ armas et fortiorem reddis? ar
mis potius erit tua in eum dextera
munienda. trāſferendusꝗ domus om
nis in animū ipſum ornatus: in coꝗ
et opes locande: aurum: ꝑ arca et do
mo: celū ſeruet. noſtra oīa nobiſcuꝫ
deferamus. ſumus certe ipſi ⁊ pariet
bus potiores et pauimento maioris
faciēdi. Quid igitur nobis poſthabi
tis ſtudiū in hec omne cōcitamus: q̄
rum ſumus poſt vite huius exceſſum
expertes futuri? quinimmo perſepe ī
humanis agentes potiri haudquaꝗ
poſſum⁹. cuꝫ liceat diuitijs adeo ꝓue
hi vt non mō hac vita ſed in futura
poſſumus opulentiſſimi videri. Id
circo quicūꝗ villas domos ⁊ auruꝫ:
animo vel cure habuerit: vbiuis ſui
p̄triam fecerit. cum his fortunis ſe of
ferat neceſſe eſt. Dicet aliquis: Quo
pacto id fieri poterit? poterit quidem
et facilitate ſumma. nā ſi hec bona ꝑ
inopū manus in celū trāſtuleris: appa
rebūt ſane in tuū fuiſſe animum tra
ducta: ita vt te vel morte ꝑuentum
nemo his opib⁹ fraudet: qui vita fun
ctus abſcedes: celo opulentus futur⁹
et diues. Eiuſmōi Tabites illa the
ſauro potita eſt: ſiquidē non domus
aut parietes: non lapides vel colūne:
ſed viduaꝝ corpa amictu opta: fuſe la
chryme: mors fugata: ac demum vita
reddita. cōſpicuā illā fecere ⁊ claram
Iſtiuſmodi nobis parem⁹ arcas: the
ſtruamus et domos: ſic deus nobis
opē preſtabit et ipſi nobis eodē coad
iutore vſi. in ope et quidē p̄claro ab
ſoluēdo videbimur nō defuiſſe. Atq

ex nihilo deus īopes ad eē traduxit:
tu vero traductos hoſce et creatos:
nec fame ſiuiſti leuādo curādoꝗ: nec
reliquis confici erumnis: dei templū
attollens vndiꝗ et ſuſtētans: cuius
templi vel probitatem vel gloriā q̄d
vnꝗ poterit equare? Quod ſi nōduꝫ
clare ꝑdidiciſti: quibus te deus ꝓ in
iuncta hac et ſuſcepta: ſubleuande īo
pie cura inſigniuerit ornamētis: tecū
id animo reputās: ex eo quod infere
mus intelliges. Eteniꝫ ſi quiſpiā tibi
caſurum celū ſubleuādi erigēdiꝗ tra
deret facultatem: nonne id tibi hono
ri duceres perinde ac conditionē tuā
et vires excedentem? Ecce nūc maio
ri quodā te honore dignatus ē deus.
ſiquidē q̄d celo ipſo maioris facit: ti
bi ſubleuādum conceſſit. nihil enim
deo ex his que viſūtur eque atꝗ hō
eſt gratius: cuius gratia celū mare ac
terras creauit: eiuſꝗ habitatione po
tius ꝗ̄ celi letatur. Quod et ſi ita eſſe
nos haud latet: nihil tamē cure vel
diligentie diuino huic tēplo mācipa
mus: quin eo neglecto amplas ac ma
gnificas paramus domos. ideoꝗ re
bus omnibus deſtituti extrema ino
pia laborantib⁹ ſumus inferiores: q̄
et domicilia e quibus poſt vite hui⁹
exceſſum nihil ſumus ſplēdoris rela
turi: ornatiora ſtruim⁹: illis reiectis q̄
tranſferre nobiſcū vna licuiſſet. Cō
ſurgent nanꝗ reſoluta iam egentium
corpa: quibus deus cuius hec iuſſu ſi
unt in mediū productis: qui ea cura
uerit: et laudabit: et cū oīꝫ admiratio
ne extollet, ꝓpterea ꝙ īopia affectos:
vel paulo poſt ſiue inedia ſiue nudi
tate: ſiue algore collapſuros erexerit.
Uerum adhuc vel his nobis propo
ſitis laudibus: tardiores certe ad op
timam hanc egenorum curam adeun
dam ſumus ⁊ torpidi: Chriſt⁹ p̄terea
quo diuertat nil habet: quin hoſpes

famelicus: circūſertur et nudus: ipſe
vero ſuburbana vel laxiora: balneas
et ambulacra: fruſtraq; multa ſtruis
cubilia. illi vero neq; anguſtū aliqđ
impertiris tegumētū: qui corinis vultu
rib⁹ celſiſſima ſtruis tectorū faſtigia.
Quid hac fieri peius ſecordia pōt et
furijs? ſunt enī hec ꝑ extrema quadā
habēda inſania: q̄ nec verbis quidem
poterit ſatis explicari. licebit tñ ſi li
bet eiuſmōi a nobis egritudinē et ſi
ꝑgrauē propulſare. neq; id tñ potis
factu ē: ſed etiā facile: neq; facile mo
do ſ; eo facilius peſtilēti hoc ⁊ animi
et corpis morbo liberabimur: q̄ ⁊ me
dicus aderit oīm excellētiſſimus. Is
itaq; erit p nos et alliciendus et hor
tādus: ſe nobis iungat. Cōferēda in
ſup ī mediū noſtra oīa: et ipſi nos: vo
lūtas ſc; et animi prōptitudo. null' ħ
rebus alijs opus habet: mō hec tule
rit: de ſe oīa preſtabit. Cōferam⁹ itaq;
que noſtri ſunt iuris: vt meliori dum
viuimus valitudīe vſi: bona illa futu
ra conſequamur.

Ut miſericordes ſimus ſicuti pat
celeſtis qui filiū ſuū tradidit

Sermo. v.

Quo tandē ipſi digni ſuppli
cio iudicabimur ſiq̄dē Pau
lus ob Chriſti quo tenebatur
deſideriū: neq; celeſtia ipſa magnifa
ciebat: nos vero que vel ceno ⁊ luto
volutātur Chriſto ꝓferimus: cuius
amore et gehennam ille adire: ſi fieri
id neceſſe foret: percupit: et celeſtl. re
gni iacturā pati: nos vero a Pauli
magnanimitate lōgo interuallo diſtā
tes: cū neq; pñtia aſpernemur: ne di
gni quidē erim⁹: qui eius calceos at
tractemus: ſiquidē ille pro ei⁹ ſumma
in Chriſtū pietate et obſeruātia: nec
celi regiam pro regno ducit. nos ꝟo
eū cuius opa et admirari videmur ⁊
magnifacē. quod eq̄dē optarē: contē
ptui habemus ꝓpoſitū q; nobis cele
ſte illud imperiū ꝓtereūtes: vmbras
quotidie et inſomnia cōſectamur. tā
etſi deus pro ſuo in nos amore ⁊ pie
tate: ſe nec ſecius gerat: q̄ ſolet indul
gentiſſimus pater in liberos cōtuma
ces. qui cū eos videat ſui aſſidue con
ſuetudinis tedio affectos: alia quadā
arte ad ſe pellicit. At nos cum nullo
Xp̄i decenti amore teneamur ⁊ ſi ple
riſq; vt in officio deti eat rebus obie
ctis: reſidere apud ſe haudquaq̄ to
leramus: quin ad ineptias poti⁹ pue
riles tranſilimus et ludos: que om̄ia
Paul⁹ nec mediocriter abhorrebat:
quin vti ingenuus et liber filius: ge
nitoris amātiſſimus querit ſe illi aſſi
duū dedere: cū eoq; et ſolo verſari.
nec ſi magnā habet in ceteris rōnem
ſed longe minorē q̄ filiū deceat: nō ei
pari ſe quo ⁊ patrē honore dignatur.
ſiquidē cū patrem attendit: ſua nihili
putat mauultq; cū patre ī plagis et
cruciatu verſari: q̄ ſeiūctus ī delicijs
eſſe. Idcirco non poſſum nō vehemē
ter Paulum admirari: qui ſolus ob
xp̄i gratiā tulerit omnia: nulla regni
ſpe vel honoris ſ; amore duntaxat: ⁊
charitate ingēti. cū pleriq; hoīm ei⁹
dē gratia: ne pecunias quidē contem
pſerint. neq; enī nos vel Xp̄us ipſe
vel eius opa: a terrenis his reb⁹ re
traxerint: quin vti vipera. et ſues vel
reliqua id gen⁹ aīantia ſolēt: ceno ob
uoluimur. Quid enī ipſi his feris be
ſtijs videmur ꝓſtare: quib⁹ cū tā mul
ta pateant exemplorū plēa et imitatio
ne digna haudquaq̄ intermittim⁹ in
feriora hec deſpicere et admirari. cū
ne ad breue quidem ſpectare ſupiora
toleramus? preſertim cū noſtri grā fili
um de⁹ demiſerit celit⁹: cui nec panē
ipſe impertiris: qñ pro te fuerit oblat⁹
et morte affect⁹: pater nec ꝓprio filio
te ꝓpter indulſit: hūc ipſe inedia mace

ceratū paruifacis:cū tibi ſit eius ope
viuēdum.quid hac fieri cōtumelia ꝑt
deteri⁹?tui ille ob gratiam ꝓditus:te
ꝓpter occiſus famelic⁹ pro te diuaga-
tur;vel e ſuo aliquid huic impartire:
vt in tuā id vtilitatē concedat.nec q̄-
deꝫ mihi crede.id egeris:quos igitur
iſtiuſmōi homines nō inſenſibilitate
lapides excellerint:qui cū tot reb⁹ ad
bonū trahūtur ī demonica tn̄ hac cru
delitate perſeuerent? Atqui chriſtus
nec morte tm̄ et cruce content⁹:quin
ſubire etiā inopiā voluit:hoſpes in-
ſuper vag⁹ et nud⁹ fieri:valitudine af
fici ꝛ vincula tolerare.vt te vel hoc
pacto ad ſe reuocaret.ꝙ ſi ꝑ mea hac
omni tolerantia inquiet:nec vicē red
dendā exiſtimaueris:ſaltē te mee men
dicitatis miſereat.ꝙ ſi nec h⁹ rei gra
tia mihi cōpatienduꝫ duxeris vel ob
egritudinē meam haud flex⁹ ꝛ vincu
la emollire:ſi ne hec quideꝫ miſericor
dem te et piū reddiderint:leuia tn̄ et
friuola depoſcenti ānuas velim:neq̄
enim precioſiora quedā et magna ex-
poſco:ſed panē dūtaxat ꝛ tectū ꝛ ver
ba ſolantia.ꝙ ſi poſt hec fueris in tua
feritate ꝑtinacior:ſaltē pro regni cele
ſtis deſiderio:ſiue ob ea q̄ pro te tuli
certamīa exhibe te meliorē.Si demū
nulla iſtiuſmodi apud te rō cōſtabit:
ſaltē nature ipſi cōpatere:cū nudū vi
deris:reminiſcere eius quaꝫ pro te tu
lerim in cruce nuditatis.cui⁹ ſi nulla
erit apud te recordatio:vł ob eā quā
inopū gratia exut⁹ tolero.Fact⁹ ſum
ante hac:te propter egen⁹:et in p̄nti
egeſtate p̄mor.vt vndecūq̄ ꝯpulſus
miſericordē te prebeas.eſuriē tui gra
tia toleraui:rurſum famē pro te pati-
or.Sitibund⁹ erā dum in cruce pēde
rē:impſentiarū ſitio pauperum rōne
vt his vtriſq̄ inedia ſcꝫ et ſiti:te mi
hi adiūgam:piū q̄ pro tua ſalute red
dā et humanū.Quocirca ꝛſi te mihi
pro meis innumeris bn̄ficijs in vice
reddēda ſentiā obligatū:nec tn̄ q̄ppiā
te quēadmodū debitorē repeto:quin
vti beneficuꝫ ꝛ largitorē:ſum q̄ pro
paruis et exiguis reb⁹ corona te ꝛ im
perio donatur⁹.neq̄ id dixerim:ſolue
me egeſtate vel diuitias elargire.Fui
equidē pro te pauꝑ:ſed panē poſtulo
ꝛ amictū:vel tenue aliq̄d mee inedie
ſolamē.Si fuerim ipſe in vincula cō
iect⁹:haudquaq̄ me inde eximas po-
ſtulo:ſed vnū illud vt vinctuꝫ tui ob
gratiā:reuiſes.ſic te vel hoc ſolo:celo
donaueriꝫ.etſi ipſe grauiſſimis te vin
culis eruerim:feceris tn̄ mihi ſi prepe
ditū ꝛ ligatū reuiſeris:ſatis.Poſſum
preterea te vel nullis tuis in me me-
ritis coronare.velim tn̄ me tuis eſſe
beneficijs obſtrictū:vt te corona do-
no conceſſa faciat fidentiorē.Idcirco
cū habeā ipſe vnde me alā facultates:
emēdicādo circūuagor:pro q̄ forib⁹
tuis aſtās manū porrigo ꝛ cibari a te
ꝑcupio.amo enī te plurimuꝫ ꝛ menſa
inſuꝑ tua delector:q̄d q̄ amātiū ꝯſue
tudinis eſt:vel hec oīa mihi duxerim
ornamento:quin etiā ſpectāte terrarū
orbe laudes de te predico vel īgētes.
audientib⁹ q̄ vniuerſis altorē meum
oſtendo.Cūq̄ ſoleat nos cū a quoq̄
alimur:pudere:celare q̄ itē beneficiū
ꝯſueſcim⁹:chriſt⁹ ipſe vel nobis obti-
centib⁹:qn vehementi nos amore ꝓ-
ſequit̄:noſtꝝ in ſe beneficiū vulgabit:
noſtri q̄ haud mediocri cū laude pro
fitebit̄.neq̄ ei eū fateri pudebit:nos
ſibi nuditatē patienti amictū:ꝛ fame
ſcenti ꝯtuliſſe ꝛ victū.Quib⁹ omnib⁹
recte ꝑceptis:ne laudeten⁹ contēti ſi-
mus:quin dicta hec exeq̄mur.Quid
eī nobis iſtiuſmodi plauſus ꝛ laudā-
tiū turba vtilitatis ꝯtulerint?vnum
illud a vobis exegerim:vt oſtētatio
nem hanc et iactantiam:cuꝫ ex factis:
tū ex vera obtēperantia vendicetis.

Id enī demū nobis in laudē: id inq̄m
in lucꝝ cedet. ⁊ quoniꝫ diademate ful
gentius existimauerim. Hanc itaq; ⁊
decessuri coronā : cum mihi :tum vo
bis:per īopū man⁹ deferendā parate:
vt vel in hac vita spe meliori enutri
ti ad futurā concedentes ꝑpetua bea
titudine fruamur

¶ Inanē gloriā detestemur ꝙ valde
turpis et durus tyrānis ¶ Ser. vi.

Quid tādē inanis glorie cupi
ditate sumptuosius? quid tur
pius vel toleratu difficili⁹ fie
ri potest? siquidē morbi hui⁹ dispēdia
ex his solent patere: qui frustra ⁊ ina
nit: cū ī theatris edēdis ⁊ spectaculis
tū rebus ceteris istiusmodi intēpesti
uis ad gloriā dūtaxat ⁊ ostentationē
paratis: tū deniq; in edificandis splē
didis domib⁹ ⁊ excolendis: struēdis
⁊ reliquis inutilib⁹: que impñtiaꝝ si
lentio preteream⁹: pecuniaꝝ plurimū
insumūt. nec sane quēpiā fugit: homi
nē hoc morbo laborātē: prodigū ⁊ ia
ctabūdū: rapacē insup ⁊ cupiduꝫ esse
oportere. naꝫ vt habeat vnde beluas
alat: alienis fortunis inferet man⁹. at
quid fortunas dixerim: siquidē nō eas
solū: sed aīos ipsos ignis iste depascit
neq; morte corporea hac mō ⁊ presen
ti: sed futura etiā afficit ⁊ eterna. Nā
⁊ gehēne procreatrix inanis hec glo
ria: et ignē excitat vehementi⁹: ⁊ ver
mes pestiferos. quinetiā eandē illam
videbit quispiā vel apud mortuos te
nere imperiū. quo quid fieri potest de
terius? cūq; ⁊ reliqua cū morte vna:
vitia dissoluūtur: hic tn̄ iactātie mor
bus post mortē etiā: omni conatu cō
tendit: suaꝫ vel in ipso cadauere natu
raꝫ prodere. ¶ Quippe hac vita excessu
ri: et statuas sibi insignes: vel coꝝ sb
stantiā omnem consumpturas: erigi
sibi: ⁊ attolli demandāt: ꝑfiniūtq; plu
rimū suo funeri luxū: quiq; dum inte
gra viuerent: numi vnius aut panis
gratia: adeūti egeno ꝯuitiati sūt: mor
tui vberem vermib⁹ mensam prebēt.
et abūde. quid ergo aliud queras: q̄d
morbi huius excedat tyrannidē? hoc
enim ex malo: absurde queq; oriūtur
cupiditates. siquidem plerosq; quos
neq; decora facies: neq; libidinādi cu
piditas ceperit: iactantie libido inter
cipit. vt pro seducta nōnūq;: vel viti
ata muliere: apud alios glorient. quid
reliqua dixerim que ex inani hac glo
ria mala emergūt? optarem equidem
quib⁹uis barbaroꝝ hoīm: poti⁹ in ser
uitutē dari: q̄ semel eius subire iugū.
nec enī a barbaris talia captiuis iniū
gūtur: qualia sibi morigeris illa hoc
pacto inquiens indicit. Exhibe te cūe
ctoꝝ seruū: siue te fuerint inferiores:
siue clariores: animā aspernare: virtu
tem neglige: libertatē irride: ac tue de
mū saluti aduersabere. tuꝫ si quid erit
per te bene gestū: non dei oblectandi
gratia id egeris. sed ad ostentationem
dūtaxat ⁊ iactantiā: vt ꝯmeritā ex eo
palmā amittas. cūq; te misericordem
ꝑstiteris: ieiunio inedia ve affeceris.
est labor quidē subeūdus. merces ve
ro omni studio perdēda. Quid hui⁹
cemodi potest preceptis dici īmitius?
siquidem ex eis obtrectatōes: inuidie
et desperatio: ortuꝫ habent: emanat q̄
maloꝝ omniū mater auaritia. ꝑsertim
cū familiarū examina: ⁊ barbari auro
circūfulti parasiti: assentatores ⁊ con
nexi argento curr⁹: ⁊ reliqua his ma
gis irrisione digna: non voluptatis
aut necessitatis gratia: sed ad ostētati
onē paranf. Dicet aliq̄s. ita se habꝫ
morbū q̄ hūc malū esse cuiuis patet.
quo tn̄ pacto caueri possit explicāduꝫ
foret. Caueri inq̄ illud poterit: si id
morbi graue ⁊ molestum esse cognos
ueris. q̄d optimū profecto erit ad vi
te rectitudinē ineundā: initium. siqui

dem valitudine affectus quiſpiam: ⁊
eger cōfeſtim medicum cōquiret. ſi p̄-
mū ſe egritudine laborare didicerit:
q̄ ſi aliam: ad hunc morbū euitādū
viā: queris. deū aſſidue contemplare
eſto q̄ quā inde captur⁹ es gloria cō
tent⁹. deinde ſi ſenſeris inanis glorie
morbo ſuggerente te incitatū iri ad ef
ferendū: q̄ bene geſſeris: ⁊ aperiēdū
multis: animaduerſa que ſequit̄ ex bo
nor̄ facinor̄ cōmunicatione iactura:
extingue abſurdā illā ⁊ ſuggeſtam: re-
nunciādi ac bene acta vulgandi cupi
ditatē: animū q̄ his verbis alloque
re. Ecce tā diu parturiens efferendi
rem bene geſtā percupidus extitiſti:
neq̄ eā toleraſti ſilentio premere: qui
omnibus cognoſcendam extuliſti: q̄d
ergo ex eo plus: aliquid tibi accreuit?
plus quidem nihil: damni vero pluri
mū: et extremi: ⁊ eorū euacuatio que
ſummo cū labore collēgeras. mox eti
am intelligas: velim corruptum eſſe
vulgi iudiciū: infirmam q̄ ſententiam:
flacceſſereq̄ ſtatim ⁊ labare ſolere. nā
vt ad breue homines aliquid admirā
tur: ſic temporis proceſſu: facile obli
uiſcūtur: intercipitur q̄ omnis p̄ eos
dei munere iam parta victoria: quam
vel ſi mortales cōtulerint: tutari diu
nō poſſunt. vel ſi in longū videretur
manſura: calamitatis quinetiam loco
haberi poſſ̄: ſi diuina foret cū morta
li hac ꝯmutāda. Cū itaq̄ fluxa ſit ⁊ la
bilis humana laus: qua vti excuſatio-
ne poterimus: ſi pro incertis certa ꝑ-
demus: pro q̄ tā breui paucor̄ preco
nio: tot bonorum patiemur iacturā?
inſuper ſi vel infinita foret nos laudi
bus efferentiū multitudo: eo eſſemus
calamitoſi magis et miſeri iudicandi
quo maior eſſ̄ laudantium numerus
Qd ſi hec forte miraris: audi qualem
chriſtus in eam rē: ſententiam ferat.
Ve vobis inquiens: quib⁹ vniuerſi

homines benedixerint. nec immerito.
nam ſi ad ſingular̄ artium diſcrimen
internoſcendū opifices ipſos in iudi
ces: malis. quo pacto virtutē permi
ſeris multitudini probandā: poti⁹ q̄
illi qui eius habeat: ceteris longo in-
teruallo poſthabitis. notionē: preſta
re q̄ ⁊ opem querat ⁊ palmā. Illud er
go et parietib⁹ ipſis et foribus erit ac
menti ⁊ animo inſcribendū: repetēdū
etiā frequētius: qđ a chriſto dn̄o vſur
patū eſt. Ve vobis quibus benedixe
rint homines. ſiquidē qui nūc te extu
lerint paulo poſt: non ſecus ac hono
ris ⁊ glorie et ſuar̄ priuatarum laudū
affectatorem: calūniabuntur. Ab his
longe alienus eſt deus. quippe qui te
quanto diuine glorie cupidiorē cōſpi
cabitur: eo maiores in te congeret lau
des: ⁊ ſumma omniū admiratiōe illu
ſtrabit. qđ certe mortalium egerit ne-
mo: quin te excipiens: e libero ſeruū
reddet: vel tenui plerūq̄ verbo: lau
de in te vel cōmentitia vſus et ſubdo
la: vera promerita q̄ mercede frauda
bit: faciet q̄ te mancipio quouis em
ptitio ſubiectiorē. ſiquidē ſeruū dn̄s:
dicto audientē habebit. ipſe vero nec
iuſſus: dn̄o obtemperabis. nā vt pri
mū te illi rem gratam facturū cogno
ueris nec imperāti morē geres. Qui-
bus igitur nō erimus incēdiis digni:
qui improbos adeo oblectem⁹: vt vl
tacentib⁹ ipſis fiat ſatis. deo vero vel
iubenti quotidie ⁊ cōmonefacienti. ni
hil prorſus audiam⁹? Tibi itaq̄ diui
nā gloriā affectanti. humane ſunt lau
des fugiende: quibus euitatis apud
deum ⁊ homines: quantūuis fame et
nominis vendicabis. Nil enim magis
admirātur mortales q̄ eum qui glori
am aſpernetur. nec quempiam maiori
laude et admiratione proſequūtur q̄
qui laudari ſe pro nihilo duxerit aut
magnifieri. Qd ſane ſi homines ipſi id

agimus:q̃nto magis cunctoꝝ deus.
gloria te ⁊ laudibus extollet ſi eas te
cõtẽptui habere cognouerit? quid er
go dici te beatius poteſt? ſiquidem q̃n
tũ gloriã inter videt̃:ignominiã ꝙ di
ſtare:tãtũdẽ ſit:vel longe maius hu
mane huius mortalis ꝙ laudis:⁊ ſu
perne diſcrimen:nã vt turpior ſuapte
natura mortalis eſt:vel ſi nulla cũ re
alia cõferat̃ ita et collata:ꝙ ſit defor
mis futura ⁊ viſu grauis cogitari p̃t.
Etenim vt mulier proſtituta:in dom⁹
faſtigio aſtans:ſeſe cũctis viſendã pre
bet.ſic homines inanis glorie ſeruitu
te capti:ad oſtentationem omnia mo
liũtur.quos equidem vel impudica di
xerim impudentiores.ꝙ meretricule
nõnullos perſepe amãtiũ aſpernent̃:
cũ ipſe vt has omittã vniuerſis fugi
tiuis inq̃:p̃donib⁹:ſcurũculis:⁊ burſa
ſaꝝ preciſoribus tui copiam facies.ex
his eni vel hoꝝ ſimilibus:conſtãt in
tuã laudẽ ſpectacula:neglectis ꝙ libe
rali ⁊ preſtãti ingenio viris:predonũ
collegiũ:quoꝝ te arguis longe inferi
orem:tue ſaluti anteponis.nã quo pa
cto haud fueris minori ꝙ illi honore
dignus:qui preconio ĩdigeas alieno?
neq̃ ſatis tibi per te poſſe ad gloriam
fieri exiſtimes:niſi alioꝝ fueris laude
potitus? Proinde haud intelligis vt
reliqua preteream ꝙ ſi conſpicuus fu
eris et omnibus non ignotus:errato
rum tuoꝝ ꝙ multos ſis criminatores
habiturus.ſi incognitus: vt ſecurus
peccando futurus ſis. Aſſentior inq̃
et.veꝝ cum preclaꝝ aliquod edidero
facinus:infinitos habuerim qui illud
⁊ demirentur ⁊ probent. id equidem
fore grauius dixerim:cũ non ſolum de
linquenti tibi:verum et rem bene ge
renti:officiet plurimum inanis glorie
morbus.ſiquidem flagitia admittẽdo
ꝙ multos ad ſcelus induxeris. recte
autẽ viuendo:concupita per te laus.

meritorum premia exhauriet. Cuiuſ
modi glorie ambitio:ſi vel in reb⁹ ci
uilibus grauis admodũ eſſe:et igno
minioſa:apparet:quis erit tibi reliqu⁹
ad veniã locus ſi eadem illa in ſpirita
libus rebus fueris:⁊ religioni perti
nentibus infectus:qñ nec eodẽ tole
raueris:deũ honore impartiri: quem
ipſe fueris ab eius ſeruis aſſecutus?
Porro ⁊ ſerui:domini oculos intuẽ
in maioribus hiſce eā tibi cōceſſerim
facultatē. Attendite itaqꝫ amātiſſimi
quē ſimus ad honorē prouecti: tā et
ſi pleriqꝫ ſint inconſideratiꝰ et ingra
te loquētes: qui ſibi liberū fuiſſe arbi
trium conceſſū querātur: et eo iniquꝰ
quo neqꝫ in his que paulo ante cōme
morauimꝰ: ſequi deū vllo pacto vel
imitari poſſemus: niſi eſſz nobis ſolu
ta quedā et libera volūtas conceſſa.
Dominor ego in angelos inquit deꝰ.
In hos et ipſe eiꝰ dn̄ationis gr̄a im
periū habes. Regio inquit throno in
ſideo: eapropter ⁊ ipſe in hunc cōſeſ
ſum admitteris. Siquidem conſurgē
tis nos fecit et deo ad dexterā aſſide
re. quāobrē et tibi Cherubin: Sera
phin: Dominationes: Poteſtates:
Throni: Principatus et vis omnis
angelica paret. Inſup neqꝫ corpꝰ ipm
culpes velim: id fuiſſe honoris impar
titum: qđ cōtremiſcūt vel incorporee
poteſtates. verū qđ dixi? nō enī his ſo
lum meū in te amorem patefeci qn̄ ex
his que tui ſum gratia perpeſſus: con
ſputꝰ enim et alapis faciē ceſus: glori
am exinaniui: patrē reliqui: et ad te:
odio me tuū habentē: tū refugientē:
deueni. qn̄etiā nomē meū audire im
patientē: ſum inſectatꝰ: vtqꝫ ꝓprehen
derē curſu cōtēdi: admiſi te ⁊ mihi ad
iunxi. Epulare me dixi: ⁊ ebibe: vtqꝫ

te ſupra infraq; haberē:tibi copulat⁹
ſum et annex⁹.neq; ſat me illud ſolaꝫ:
q tibi e celo originē dederim:niſi rur
ſum ad terras deſcendiſſem. Deinde
haud ſolū tibi ſum iunct⁹ ꝛ in ample
xū recipior:ſed in eſum tradit⁹ in fru
ſta ꝯminuor:et eapropter:vt acrior
fiat eiuſmodi copula:que vero fuerit
ꝯiūcta ſuis ꝯſtant limitib⁹. at ipē tibi
contextus:nullo velim nos interual
lo diſtare:qn e duob⁹ vnū fieri malue
rim. Hec itaq; cū ipſi intelligamus:ꝛ
non ignorem⁹:q̄ diligentiſſimā noſtri
deus curā ſuſceperit:nihil erit ꝑ nos
intermittendū vt ſuis maximis erga
nos bn̄ficijs: haudquaq̄ arguamur
indigni.

¶ De turture id eſt de eccleſia ſpōſo
ei⁹ xpo ꝛ de nuptijs ſpiritualibus.

¶ Ser. xxiij.

Turtur ſolitudinis amantiſſi
ma:in ſiluis reſidens:querul
ꝯiugem adulationib⁹ euocat:
valles q; circūuolitans:eūdez ad aq̄s
diuerſantē:demulcet:mox q; aduoli
tando admonet vti ad ſe volatu redi
tum acceleret:pariq; animi ꝯſenſu:fir
ma aliqua in rupe nidiculātes:eorum
pullos intrepide ſeruent. Hāc turtu
rē ferūt pleriq;:tāto thori ꝯiugalis ꝛ
caſtitatis amore teneri:vt ſi cōtigerit
ei⁹ virū vel rapaci alite vorari:vꝉ cō
prehendi aucupio:alteri nemini copu
lari:ſed priſtinū illū operiri:et eiuſdē
deniq; deperire memoriā. Pernoſci
te mulieres:qualis comperiaꝫ in aui
cula continentia. Quocirca q̄cūq; ve
ſtrū:turturis decorē eiuſmodi ꝑ ocu
lis tulerit:huius vel celibatuz imiteꝫ
Turtur hec:ſanctiſſima eccleſia eſt:ſi
quidē Jeſu eius viro cruci affixo:ce
los q; inſcendente:nulli alteri cōmi
ſceꝫ:qn illū cupit:illū expectat:et illi⁹
recordatione cōmoriꝫ. Verꝫ ne vide
amur turturis cōmemoratione:ſacra
rū litterarꝫ mentionē preteriſſe:agite
eādē in mediuz turturē ꝓducam⁹ qn
Dauid beat⁹ ille teſtificando: hoc pa
cto moduleꝫ ꝛ diſſerat. Paſſer inue
nit ſibi domū ꝛ turtur nidulū vbi pul
los ſuos reponat.verum nūquid pro
paſſere humanū gen⁹ interpretaꝫ cuz
dicit. Aīa mea ſicut paſſer erepta eſt
de laq̄o venātiū? Chriſt⁹ aūt cū vellet
diſcipulis q̄ntū ſanctimonia ꝑſtaret:
patefacē:eiuſmodi illis enūtiat. Mul
tis paſſerib⁹ potiores vos eſtis nec
min⁹ ꝛ Salomon ita ꝓclamat. vt ſal
uos faciat tanq; capreas:ꝛ quēadmo
dū auē ex pedica. Et rurſum Jeſus.
Simile eſt regnū celeſte ſinapis gra
no:qd hō deſumptū ꝓprio agello inſe
uit.conſtat eñi illud:omniū ſeminū eſ
ſe tenuiſſimū.ortū ꝟo ꝛ excretū:adeo
olerib⁹ vniuerſis ꝓceritate preſtare:
vt aduenientes celi altilia:ei⁹ ramuſcu
lis inſideant. Per hec vtiq; infinitū
hominuz gen⁹ auicule ꝯparauit.vt il
lud:paſſer ſibi domū inuenit ꝛ turtur
vbi ponat pullos ſuos. Turturi ita
q; ob varia ſapientie dona eccleſiam
comparat.nam q; ſit hec vario orna
tu exculta.audi Dauid dicentem. In
fimbreis aureis circūamicta varietate
Paſſer etiā inuenit ſibi domuz ꝛ tur
tur vbi ponat pullos ſuos:interpre
tari hoc mō poteſt.i.ſuper crucis ra
mos enutriens filios:nup in lucē edi
tos. Huius turturis meminit Hiere
mias dicens. Turtur et hirundo ꝛ ci
cada cognouerūt temp⁹ īgreſſus ſui:
turturis nuncupatōe eccleſiā: hirūdi
nis Johānē:diuino amore flagrātē:
preferūt.cicade Pauli facūdiaz:et ec
cleſie tubā. De hac turture:deus hoc
mō Abrae iniungit dicēs. Accipe mi
hi vitulū annos tres natū:arietē āno
rū triū:et capellā totidē:colūbā item
et turturē. De hac inq̄m turture mē
tionē in canticis canticorꝫ ſacre litte

faciunt. Et illud. Vox turturis audi
ta eſt in terra noſtra: que vox: celeſte
ver: id eſt xp̄m: celitus ſcʒ ad nos ve-
nientē p̄emonſtrat. q̄d illud eſt: vox
turturis audita eſt. Auſcultemus in
terea turturis huiuſce vocē: qualis ſit
modulatura Nigra ſum ſed formoſa:
nigra ob priorem exceſſū: formoſa ob
celerē pn̄iam: nigra inq̄m ſum ob de-
plorādū caſum: pulcra ob baptiſmi lu
cem. Nigra ſum ſed formoſa filie hie
ruſalē. Hieroſolimoꝝ filias ſanctorū
patrū aīas appellat. Hieruſalē vero
celeſte imperiū: vti ⁊ ſcriptū eſt. Ec
ce ſupna hieruſalē libertate fruit̄: et
noſtꝝ cōis eſt omnium mater. Nigra
ipſa ſum ⁊ decora: ex gentib⁹ eccleſia.
ne me btōꝝ aīe ꝙ obnigrata ſim ꝯple
ctamini. ne inq̄m me ex hac nigredie
ꝯtēplectemini. deſpexit enī ī me iuſti
cie ſol: meū ob priſtinū errorē. cui⁹ eſt
hec ſolis deſpectu vel intenſione affe
cta: numen illius cui⁹ ⁊ meminit. Eccle
ſiaſtes Orit̄ ſol et in occaſum vergit:
trahit q̄ʒ ſuū in locū: ort⁹ eſt enī ſol iu
ſticie chriſtus: ex maria ſm carnē: ori
ens idcirco eius eſt nomen: occidit cū
eſt in crucē ſublat⁹ inferos q̄ʒ adiuit:
tuʒ vero ad ſe trahit: cū fuerit ex mor
tuis ſuſcitatus: celoſq̄ʒ cōſcendet In
quit ſane: cū aūt fuero exaltat⁹ omnia
ad me traham. De hoc iuſticie ſole ſic
loquitur Hieremias: in dieb⁹ illis ori
etur ſol iuſticie et ſanitas erit in alis
eius. veniente enī ſole: id eſt iuſticia: q̄
chriſtus eſt. mulier ſanguinis fluxum
patiens: cū vel eius veſtem tetigerit
ſanguinis fontes ſiccabit. Nigra in-
q̄m ſum filie ſion. Idcirco ſi qua hic
fuerit aīa facinorib⁹ obnigrata: nihil
vereat̄: pēiteat mō: dicatq̄ʒ nigra ſuʒ
ſed decora: vel ſi fuerit in ipō vltimo
ſpūs efflatu conſtituta: ne terreat̄: pe
nitētiā dūmodo cuʒ lachrymis agat:
ſit veſperi fletus: matutino letitia do

minabit̄. Imitare Ezechiā regē qui
cū in aduerſam valitudinē incidiſſet:
lectuloq̄ʒ cubans: Iſaiā ad ſe dicentē
hmōi audiſſʒ: Diſpone domui tue: es
enī mortē propediē obiturus: nec vl
tra hac vita potieris. mox ad parietē
cōuerſus: et ingemiſcens penitet. vn-
de vt lectulo is lachrymas fudit: ſic
mors ſolares retro curſus: ⁊ quintus
illi ac decim⁹ ān⁹ ad vitam prorogat̄.
Si quis igit̄ veſtꝝ cathecumin⁹ eſt:
p̄ baptiſmi aquā chriſtū adeat. ſi quis
fidelis ingenitis lachrymaꝝ fontibus
corpus abluat: benefica q̄ʒ ⁊ officioſa
ꝯmiſeratione aīam tergat: fulgētiorē
q̄ʒ efficiat: quā ſi talib⁹ excolueris or
namentis: ⁊ penitēdo cultiorē reddi
deris: ſi te inq̄ʒ benefactis ornaueris:
dei verbū: id eſt chriſtus ipſe: te ada-
mabit: attractabitq̄ʒ animuʒ: et ad ſui
deſiderium traducet. Dices fortaſſe:
Heu mihi: ſum enī ipſe amore ſauci⁹.
veꝝ id auſim profiteri: ſolere plerūq̄ʒ
ſancto quodā ⁊ puro amore: tanq̄ʒ ſa
gittis p̄celli aīas: quas ſi vel vocē p̄-
mentes cupieris audire: perlege Iſai
am prophetā: cōperies ſane: quemad
modū ⁊ ſpicula verba edere conſue-
ſcant. Poſuit inq̄m tanq̄ʒ ſagittā ele
ctā: et in pharetra corporis abſcōdit
me. Hoc charitatis ſpiculo conſaucia
tus Hieremias deū ita alloquebatur
Ego enī nihil laboris cepi te p̄ſequē
do: et diē hominis nō cōcupiui. Hac
amoris ſagitta mentē perculſus Da
uid ad eum dicebat. Adheſit aīa mea
poſt te: me enīʒ ſuſcepit dextera tua.
Hac ſagitta tact⁹ ⁊ Petr⁹ ſic chriſtū
affatus eſt. Noſti dn̄e ꝙ te amem. Ea
dem illa ⁊ Paulus ictus deo vinct⁹
dictitabat Quis me ſeparabit ab amo
re chriſti: Ea poſtremo vulnerata ec
cleſia ita inquit. Heu mihi q̄m amore
ſancia ipſa ſum. o gemitū e corde me-
dio fontes vberrimos: chriſti q̄ʒ deſſi

derio oppletos promentem:o ſuſpiria
chriſtū ad ſe trahentia:celeſtē ſponſū.
Quocirca ipſa eccleſia ita inquit. Oſ
culetur me oſculo oris ſui: ſum enī ce
leſti ſponſo ꝓphetaruꝫ lege deſtinata:
ipſa inquā e gentibꝰ eccleſia denupta
ſum:nolim qꝫ vltra Iſaiā Hieremiā
et ceteros prophetas:hoc me deſpon
ſandi munere fungi.qn ipſemet veni
at oſculetᷣ qꝫ me ſui oris oſculo. Au
dio et Hieremiā de eodē ſponſo eiuſ
modi predicātē. Grauatū eſt cor eius
ſupra omnes:⁊ hō eſt ⁊ quis cogno
ſcet illū.hūc ipſa diligo :accedat oſcu
letᷣ me oſculo oris ſui. Audio item et
Amon ſic pronūciantē. ecce hō ſtās
ſupra murū: adamātiū ⁊ in manu eiꝰ
adamas lapis:hunc quero:veniat oſ
culetᷣ me oſculo oris ſui. Quemadmo
dū enī mulier viri amore detenta:ab
ſentē illum feneſtre incubās circūſpe
ctat:ſi forte viſendi vſpiā poteſtas fi
at:terras qꝫ ac maria colluſtrat oculis:
vel ſi qd applicaſſe nauigiū proſpicit:
eodē et virū deuectū opinatᷣ. Iteꝫ ſi
viatores videat aduentaſſe: cū his et
ſuū ꝯmeaſſe coniugē ſuſpicatᷣ:obuiam
qꝫ illis nonnunqꝫ procedit:querit qꝫ
de viro his verbis. Dicite viatores:
vbinā gentiū meuꝫ reliquiſtis? q̄ ſub
urbano? qua in vrbe? qd ille dictitat?
qd agit? vel qn̄ eſt ad nos rediturus?
ſic caſtiſſima eccleſia:dei oſculo ⁊ ſan
ctitate capta:a prophetis vel vniuer
ſis dicens ſciſcitatᷣ:vbi cum abeūtes
miſiſtis? num ad me venturꝰ eſt an mi
nime? num in celo diuerſatᷣ? nuꝫ oues
illas nouē et nonaginta depaſcit ī ce
lis:et gubernat.neqꝫ ouē eſt ille erra
bundā aditurꝰ? vbi cubat quē anima
mea dilexit? Mox itaqꝫ rogati ꝓphete
ꝑ vnū Iſaiā reſpondent:dicūt qꝫ Vi
dimꝰ eū.vex hūc ipſa operiris: quem
ipſi ꝯſpeximꝰ nec ſpēm habenteꝫ nec
decorē:quin eius aſpectus ſine hono
re ē:et deficiēs ſupra filios hominū?
Ad hec eccleſia ⁊ ſponſa reſpondet:
ille eſt:illū deſidero:veniat tandeꝫ oſ
culetur me oſculo oris ſui. Cui Iſa
ias ſic dicit. Ecce dn̄s venit cū gloria
magna:⁊ brachiū eius cum dn̄atione:
ecce merces eiꝰ cum eo :et opꝰ ſuū co
rā eo:nec ſecus vt paſtor :paſcet gre
gem ſuū:et in manu ſua congregabit
agnas:⁊ fetas alliciet. Rurſuꝫ ſpōſa
Vbi paſcit:vbi cubat quē aīa mea di
lexit? Cū eā ille ad Iohānē remittit
his verbis. Vox clamantis in deſer
to:preparate vias dn̄i rectas facite ſe
mitas dei noſtri. Adito ī heremū Io
hānē:ille tibi patefaciet deſideriū tuū
Conuenit itaqꝫ hec Iohānem:tenet
eū:rogat qꝫ. Nūcia mihi ſi tu es xp̄s.
Cū Iohānes:nō ſum.at illa rurſuꝫ:
ſi tu chriſtus nō es cur baptizas? tum
ille:non ſum ego chriſtꝰ:poſt me ven
turus eſt qui me eſt fortior:cuius nec
dignꝰ ſum calcei corrigiam ſoluē.tum illa:
huiꝰ ſum ego amore ſaucia Ad hanc
Iohānes deſine:ne ingemiſcas :ope
rire eū:iā veniet:ad breue illum expe
cta:ſuſtine parumper. Videt Iohan
nes dn̄m aduentantē.dicet qꝫ ſponſe:
deſine lamentari:protendens qꝫ eius
in longū digitū ſic profatᷣ. Ecce quem
queris:ecce quē amas:ecce quē tāto
pere cōcupiſti. Ecce agnus dei ſubla
turꝰ e ſeculo delicta. Hac itaqꝫ Iohā
nis de Ieſu interpretatiōe percepta:
dubia mox et ambigua infert. Utri
hox fidem prebuerim: Iohāni ne an
Iſaie? Hanc dn̄s heſitantem :procla
mās appellat:dicitqꝫ: Ego ſum paſtor
bonꝰ:ſoluit qꝫ his dictis ambiguitatē
Tum illa accedens ſponſum comple
ctitur et deoſculatᷣ:ſic et Dauid ꝓphe
te dictum illud fineꝫ aſſequitur. Miſe
ricordia et veritas obuiaꝫ ſibi inuicē
proceſſerūt:iuſticia et pax ſe alternis
oſculate ſunt. Veruꝫ vt ꝑfectꝰ intel

ligamus ſponſam hanc dici: que ſpon
ſo ſit copulata:nuptias qꝫ item fuiſſe
ſpiritales confectas: audi Johãnem
nuptiali lituo hoc pacto precinentem
Qui ſponſam habꝫ ſponſus eſt.q̇ ve
ro aſtans ſponſi vocem exaudit hila
ris et letioꝛ ob eius hanc vocẽ effici
tur. Illum augeri neceſſe eſt me autẽ
imminui. Opoꝛtebat preterea (vti in
nuptijs fieri ſolet) nubẽtibus aliquid
in domũ conſcribi.opoꝛtebat ⁊ char
tam calamũ qꝫ conquiri.charta apud
Iſaiam inuenta eſt:cui ⁊ ſcribendi of
ficiũ ſpiritusſanctus demãdat dicens:
accipe charte fragmentũ noue ⁊ ãple:
⁊ iſcribe ĩ ea graphio:ꝯq̇ſitũ ẽ grafiũ
per Dauid qꝫ inuentum . Inquit enĩ
lingua mea calamus ſcribe velocius
exarantis: precipuꝰ decoꝛe ſupꝛa fili
os hominũ:comit qꝫ ſponſam ⁊ exoꝛ
nat:nec ſecus ac ſolent que nuptui ab
euntẽ expoliũt:cõmonefacit iſup: cõ
ponit: inſtruit et his dictis hoꝛtatur.
Vide filia:audi filia:attende inq̄m et
aurẽ tuam accõmoda: obliuiſcere po
puli tui et domus paterne: qm̃ ipſe ẽ
dominus tuꝰ ⁊ illum adoꝛabis .ſi me
audies filia:vultũ tuũ cõprecabũtur
diuites plebis terre. Opoꝛtebat etiaꝫ
que per ſingulos conferebantur:ſerui
ancilleqꝫ conſcribi:quoꝝ alteros xp̃s
alteras ſponſa detulit:eo qꝫ Paulus:
Siluianꝰ et Thimotheꝰ chriſti ſe Je
ſu ſeruos inſcribũt:depoſcũt qꝫ a ſpõ
ſa ⁊ famulas.hoꝝ ſermonem Dauid
excipit dicens. Deferent regi virgi
nes:poſt eam:pꝛoxime eius deferent
tibi in leticia. Nuptie celebrate ſunt:
cõmigrat dñs ĩ cana galilee:cana:ſtru
ctura interpꝛetatur :dei vero ſtructu
ra eſt terraꝝ oꝛbis . Cum itaqꝫ ſpirita
les facturus eſt nuptias in canã gali
lee concedit:vbi omnis ſanctoꝝ cetꝰ:
pro ſua quiſqꝫ virili ad nuptias ꝯue
nit: Abꝛaã vitulũ:huius Sara vxoꝛ
ſuccinericios panes: Iſaac ligna: Ja
cob agnos contulit. Joſeph fermẽtũ
impartit: Moiſes faces preſtat. Iſai
as modulatur. Dauid tripudiat:et q̄
niam his nuptijs caſtas adeſſe femi
nas:ſimul et canere opoꝛtebat: venit
Heſter: Judith comitur et oꝛnatur:
Maria Moyſi ſoroꝛ timpanuꝫ capit:
decantat qꝫ dicens. Cantemꝰ dño:glo
rioſe enĩ magnificatus eſt :cũqꝫ et lau
des vt fieri in nuptijs ſolet: cani ne
ceſſe foret: Paulꝰ ipſe nuptias ꝯpro
bando edicit . Honoꝛe digni ſunt nu
ptie ⁊ thoꝛus nõ inquinatus. Ne aũt
hec de chriſto ⁊ eccleſia dicta fuiſſe cõ
ſtet:ſit ipſe ſemet chriſtus interpꝛes:
inquiens. vxoꝛis gratia relinquet vir
patrem ac matrẽ ⁊ adherebit illi:erũt
qꝫ duo in carne vna. Myſterium hoc
magni eſt momenti:ſi (queadmodum
percipi debꝫ) ad chriſtum fuerit ⁊ ec
cleſiam relatum. Quaſobꝛes cum chri
ſtus ipſe:hec omnia:ſit hoc pacto in
terpꝛetatus:neqꝫ per nos erit aliq̇d
de his heſitandum:vel ſacris litteris
diuini ſpiritus inſtigatione editis dif
fidendum.

De charitate que cuncta dirigit et
perficit. Ser. xxiiij.

Charitateꝫ optimũ amoꝛis ge
nus inter nos ſanciamꝰ:qñ ni
hil eſt boni aut honeſti q̇n oꝛi
tum ex ea ducat. Charitas enĩ Pau
lus inquit legis eſt adimpletio .ita fit
vt ſi mutuo fuerimus amoꝛe detenti:
facile omnia ſint ſucceſſura. Siquidẽ
charitas via quedã eſt ad virtutẽ pꝛe
clarioꝛ.nam quemadmodũ qui callem
fuerit non obliquum ingreſſus:nullo
egebit ad ꝓgreſſum duce:tramite ipſo
recta ducente.ſic charitas vbi initiuꝫ
dederit:ad rectum deferet . Charitas
enim nec pꝛoximum maledicit :nec praua
meditatur. Quocirca qui id facere no

uerit:vt qualem ſe ipſum ſibi preſtite
rit:vt ſcʒ ſine inuidia:omnia ad ſuuʒ
cõmodũ comprecet:ducat q̃ ſe nemi
ni inferiorem:et ſue vtilitatis cã face
re omnia conniţat:eũdem in alios p̄ſ
ſtet:omnis erit e medio ſublata moleſ
ſtia deerunt q̃ cum odia:tum et habē
di cupiditates.qs eñ ꝓpria bona diri
piat?profecto nemo:qn contra rebus
in mediũ queſitis:i vnũ cõuenietur.
quod cum ſit nullꝰ erit reliquus ad
maliuolentiã locus.quis enĩ ſeipſum
odiat:aut ſuccẽſeat ſibi ipſi ⁊ iraſcat?
nonne ſolemus omnes in nos ipſos
eſſe q̄ʒ in ceteros indulgentiores?qua
indulgentia ſi in proximũ queq̄ vte
mur:odiũ erit prorſus omne ſublatuʒ
Queret aliqs.Quo pacto id fieri po
teſt:vt pari beniuolentia: qua et nos
ipſos:vel proximum complectamur?
Nempe ſi nulli antehac hominuʒ id
egiſſent:iure forte exiſtimares idē ani
mi affectꝰ in alios ſeruari non poſſe.
at cum pleroſq̄ illud egiſſe cognoue
ris:perſpicuũ erit pre ignauia potius
quadã te id facere nequire: qđ fecis
ſent multi. Neq̄ enĩ deus :cuius iuſ
ſu complures beneagēdo exceſſerũt:
aliquid oneris imponit qđ factu non
facile ſit. Petes forſitan Quis ille fu
erit qui hec fecerit:nempe Paulus:
Petrus et reliquꝰ ſanctorum cetus.
quos ſi dixerim fuiſſe in proximuʒ be
niuolentia affectos:nil magni aut pre
clari videbor enũciaſſe:qñ tanto ſunt
illi vel hoſtes amore proſecuti:q̃nto
ne alius quiſpiam coniunctiſſimos.
Quis eĩ optauerit amici cauſa gehē
nam et incendium illud adire:cũ lice
at ad regna celeſtia proficiſci? ꝓfecto
nemo:Paulus tamen pro lapidanti
bus et infenſis ac ſe afflictãtibꝰ ſubi
re gehēnã cupiebat.Que ergo nobis
erit vel venia vel excuſatio concedē
da:qñ vel tenuem amoris partē quã
Paulus in hoſtes vel ardentiſſimũ
de ſe preſtabat:ne in beniuolos ipi oſ
tendamus?Sic ⁊ Moyſes ille beatꝰ:
qui multis Paulum ſeculis anteceſ
ſit:eorum cauſa:qui ſe hoſtiliter lapi
dibus inuaſiſſent: de libro vite abo
leri malebat.Dauid etiam eos qui ſi
bi inſultaſſent:cum profligatos ⁊ ex
tinctos vidiſſet:his vſus eſt verbis.
Ipſe qui paſtor ſum peccaui:hi vero
quid cõmiſerunt?Saulē preterea cũ
inter manus haberet:perdere tñ non
modo recuſauit:q̃netiaʒ ſeruauit illeſ
ſum:preſertim cũ ex eius ſalute haud
parum ſibi diſcriminis impenderet
Qz ſi in veteri hec teſtamēto ſunt ge
ſta:quis nobis erit venie locus:q̃ cuʒ
in nouo verſemur:nil prorſus priſco
rum aut magnitudinē attigimus aut
conſtantiã?Si enĩ vt chriſtus inquit:
noſtra iuſticia phariſeoꝝ ⁊ ſcribaruʒ
non exceſſerit equitatem:dei regnum
haudquaq̄ ingredimur . at cum illis
ſimus iuſticia īferiores:quo pacto no
bis eo patebit acceſſus?Nolite inquit
qui vos oderint. Idcirco vel erit ho
ſtis amore proſequendus .nõ enim id
illi:ſed tibi in beneficiuʒ cedet:fies q̄
hoc pacto dei ſimillimus.ſiquidē quē
ipſe colueris :nihil erit ex tuo in ſe
amore maioris quicpiam lucri aſſecu
tus.quippe qui a conſeruo adametur.
at ſi hunc ipſe amaueris fueris hoc
pacto dei non abſimilis. vides itaq̄
vt tibi gratie plurimũ comparas:nõ
illi qui tuo ſit amore affectus?ſic ⁊ pre
miũ vendicas.Queret aliquis.Quid
ſi improbus fuerit is:quem ipſe amã
dum cenſes?nempe maioreʒ ex eo lau
dem aſſequeris eritq̄ et illi pro eiꝰ im
probitate per te vel gratie habende.q̄
etſi innumeris ſit tuis in ſe beneficijs
obſtrictus.ſe tñ ingratum reddat et ĩ
probum.non enĩ tibi accumulate in
creſcent premia:niſi magnuʒ in modũ

illius augeret̃ iniquitas. Fiet itaqꝫ
vt eiuſmodi improbitas quã odij cau
ſam fore exiſtimas: amoris occaſio ſit
futura. nã ſi aduerſantẽ ſuſtuleris: et
premioꝝ cauſaꝫ tollas neceſſe eſt. Nõ
ne ꝛ certatores ſpectaſti: qui exercen
di ſe gratia vel vtres arena cõplent
et geſtãt? qḋ tñ vt agas haud ſane ne
ceſſarium fuerit. Abũdat enĩ hec vita
eo hominũ genere: qui et exercere te
poſſint: ꝛ fortiorẽ reddere. Sic enim
ꝛ arbores ſpectare licet: que vt validi
oribus ventis agitãtur: ita et maiori
robore obfirmari ſolent: ꝛ ramis fieri
et frondibus denſiores. Quocirca et
nos ſi aĩ magnitudine preſtam⁹ magĩ
ac magis inualeſcim⁹. Inqt enĩ Vir
cõſtans animo longe ſapit: timid⁹ ve
ro: ſtultus admodũ ꝛ vecors. Vides
ꝙ ſit animi puſillitas incuſanda? non
enim ſimplicẽ illi: ſed ingentẽ ineſſe aſ
ſerit ſtoliditatẽ. Non erit itaqꝫ inter
nos eiuſmodi mutuo intolerantia
exercenda aut tali inconſtantia vtẽ
dum cuꝫ id nõ ex odio aliquo aut ma
liuolentia: ſed ex animi puſillitate q̃dã
abiectioris: fieri contingat: qui ꝙdiu
ſtabilis et immotus perſtiterit: om̃ia
facile tolerabit: neqꝫ ſolum ipſe nullo
impulſu in profundũ mergetur: quin
homines eius tolerãtia ad tranquilliſ
ſimos portus trãſiectabit.

¶ Exhortatio generalis omniuꝫ ad bñ
viuendum ¶ Ser. xxv.

EO ipſi proxime ad perditionẽ
accedimus et interitum: quia
cũ antehac florenti ꝛ iuuenili
etate fuiſſemus: nũc cõſenuim⁹. Quo
circa eradenda erit eiuſmodi a nobis
ſenectus om̃is que etſi lauacro deleri
nequeat: poterit penitẽtia obliterari.
Excutiendũ itaqꝫ quicqd in nobis re
ſederit vetuſtatis. ruge inſuꝑ oẽs et
macule ac labes abluende: nos ꝙ ita
excolendi ornandi ꝙ erimus: vt nr̃i
decoris et cultus deſiderio: vel prin
ceps ipſe et domin⁹ capiatur. licebit
preterea nobis vel ſi ad vltimã q̃ndã
ſit deformitatem peruentum: eam pul
critudinem recuperare: cuius et Da
uid meminit. Deſiderabit rex decorẽ
tuũ: audi filia ꝛ vide et obliuiſcere po
puli tui et domus patris tui et concu
piſcet rex decorem tuũ. Atq̃ obliuio:
nihil cuiꝙ parit: qḋ maneat: ornamẽ
ti: decorem equidẽ anime dixeriꝫ: ob
liuionem vero cõmiſſi ꝛ errati. Hec
ſane Dauid (eccleſiã ex gentib⁹ cõfe
ctam appellans) diſſerit: ꝛ cõmonefa
cit: ne maioꝝ ſuoꝝ ritus: qui idolis i
molaſſent recordetur. cui eccleſie cuꝫ
ex huiuſcemodi eſſet hominũ genere
cõgeſta: nõ ſolum priſtina ſacrificia i
terdicit quin: quod maius eſt (ne vel
animo ipſo admittat) prohibet. Qḋ ꝛ
alio loco ſic dicit. Ne meminerim no
minũ eorum labijs meis. Et rurſum.
Ne loquatur os meũ opera hominũ.
Dicet aliquis. Nõne virtutis eximie
loco habenda eſt hec taciturnitas? exi
mie quidem. nõ tamẽ adeo: vt eq̃ri cũ
delicti obliuione queat. nec enĩ ſolum
ꝓpheta opera hominũ haudquaꝙ fo
re explicanda inquit q̃n ne recordati
one quidem aut memoria repetenda.
Unde coniectare licet ꝙ longo velit
nos a nequitia interuallo abeſſe: cui⁹
qui haud meminerit: nec cogitatuꝫ in
ea figet. qui aũt cogitatõe vacabit eiuſ
modi ꝛ ſermone vacet: neceſſe eſt. Si
taciturnus actione carebit ꝛ ope. Vi
des quib⁹ nos vijs quibus ve inter
uallis a rebus ſupuacaneis ſeiungat?
Erit itaqꝫ nobis propheta ipſe audi
endus: et ita vt nulla reſideat apud
nos vitioꝝ aut maloꝝ memoria. non
tamen eoꝝ que ipſi deliquimus tollẽ
dum eſſe dixeriꝫ recordationẽ. Quip
pe cõmemora inquit deus prior ipſe
tua facinora: ſic hoꝝ nihil vltra memi

nerim. Quorſum hec? nulla ſit ꝑpli⁹
ꝑſſime rapacitatis recordatio. q̄n reſti
tuēda ſunt per nos fraude ſubtracta.
id enim ſonat nequitiā obliuioni mā
dare: ⁊ furaces cogitat⁹ tollendi: ⁊ ita
vt de cetero nunq̄ꝫ animo admittanͭ
Inſuꝑ et errata oblitterāda. Queret
aliquis. Quonā pacto aſſequi hāc ne
quitie obliuionē poterim⁹? nempe ex
diuinoꝝ bonoꝝ repetita memoria: ſi
deū ꝯtinuo meminerim⁹: haud quaq̄ꝫ
licebit praua: recordatione repetere.
Si eī inq̄t ī cubili fuerꝫ tui memor:
matutino eſſem de te meditat⁹ naꝫ ſi
ſemꝑ eſt de⁹ memoria cōplectendus.
tūc tn̄ id maxime agimus: cū anim⁹ et
cogitatio in ocio verſanͭ: cuꝫ eiuſmo
di recordatiōe ſe ipſum quis increpat
aut damnat: ⁊ in eadē longius cōme
moratōe perſeuerat. cure ſiquidē inte
diu: ⁊ animi perturbationes. omnē de
deo cogitatū: et intercipiūt: et propel
lunt. noctu vero cū tranq̄lla eſt mēs
et quietior: cū in portu reſidet: ⁊ placi
da verſatur in aura: facile dei poterit
reminiſci. Inquit eī que dicitis ī cor
dibus veſtris: in cubilib⁹ veſtris cō
pungimini: qua recordatione: ne inte
diu quidē vacandum eſt. Sed quoni
am hoc vel maxime tp̄e vite hui⁹ acti
ones ⁊ negotia cure ſunt potius: vel
ſaltem ſit in cubiculo dei memoria: in
matutino ſit noſtra in eo meditatio.
Ita fiet: vt ſi noctu deū precando vo
tis et precibus conciliem⁹: ſecure ade
modum ac tuto aggredi que peragen
da īterdiu fuerint poſſimus. ſic nemi
nem nobis habebim⁹ aduerſāntē. q̄n
viperā ipſaꝫ ſi obſiſtat nihili faciem⁹:
cum deū habebimus placatū. Porro
bellū in foro gerit (poſſunt quippe q̄
indies offerūtur: pro pugna et cōten
tiōe vel quauis procella haberi) ideo
q̄ꝫ et armis eſt opus: ſint aūt nobis:
pro armis his firmiorib⁹: preces. Se

cundo op⁹ eſt vento: cuncta etiā ꝓdi
ſcenda. vt diurna hec et longiora ſpa
cia ſine naufragio et vulnere trāſigā
tur. Qm̄ multi quotidie ſcopuli offe
rūtur: ad quos eliſa nauis ſepe demer
gitͭ: et eo magis matutino nobis orā
dum eſt tp̄e ac noctu. Olimpie ludos
noſtrū perſepe ſpectauere pleriq̄ꝫ: nec
ſolū ſunt ſpectantiū officio functi: q̄n
fauore et laudib⁹ certatores ſunt pro
ſecuti. et ita: vt varie ſentientium: di
uerſa etiā fuerit vel laus vel admira
tio. Nec nos fugit: precones per id
omne certaminis temp⁹: diem noctem
q̄ꝫ vniuerſam: aliud nihil eniti: nihil
curare: nihil cogitatione ⁊ ſtudio cō
tendere: niſi vt certaturi magno anīo
in agone prodeant. qui vero certato
ribus ipſis aſſiſtunt buccinatoreꝫ. nil
aliud monent: niſi vt ſileat: ne ſpiritu
forte ⁊ voce attritus: riſum prebeat
audientibus. Si igitͭ apud eos q̄ hu
manum certamen ſunt inituri: tātum
cure impenditur: longe magis nobis:
quibus omnis hec vita certamen eſt
proſpicere rebus ſedulo ꝯueniet: eas
q̄ꝫ cogitatione ⁊ diligentia preuenire.
Erunt itaq̄ꝫ nobis ⁊ noctes ducende
inſomnes: ⁊ curandū quo pacto dies
omnis ſine illuſiōe tranſigatur: cupe
rem q̄ꝫ vel ſola nobis eſſet illuſio ex
his obuentura. Uerum qui celeſte il
lud certamē proponit: patri ad dexte
ram aſſidet: attendit q̄ꝫ ſiquid vel ipſi
abſonum vel incōcinnū obtulerim⁹.
neq̄ꝫ eni factoꝝ modo q̄n et dictoꝝ fu
turus eſt iudex: eo q̄ꝫ erit inuigilādū.
Sumus nanq̄ꝫ et ipſi fautores habi
turi. ſiquidem vel nobis ſingulis aſſi
ſtunt angeli. nos vero ſtertendo noc
tes ducimus: eſſet q̄ꝫ vtinam hec dū
taxat nobis dormitādi cura: nec ſcele
rate agerent nōnulli: naꝫ reptant plu
rimi terrenis rebus addicti: q̄ſi domi
cilium in lupanar cōuertunt: cū ſcor

ta inducunt. ſic ſe habent plerice. nul
la enī eſt his recti alicu⁹ ineūdi certa
minis meditatio: q̄ multi etiā petulan
tie ꝛ ſcurrilitati incūbunt. tumultuan
tur nōnulli. alij praue agendo et no
ctes vigilāt: agunt ꝗ longe deterius:
q̄ qui ſomnolentia opprimūtur: cū do
los nectunt. vſuras preterea nōnulli
computant: alij curis frangūtur: libē
tius q̄ ſe ad alia conferunt q̄ ea q̄ oc
ceptū agonem deceant: aggrediātur.
Quocirca vos equidē hortari velim
reliquis omiſſis vnū illud ſpectemus
vt propoſitam vincentibus palmam
adipiſcamur: coronace obducti: obni
xe omnia factitemus vt bona illa q̄
nobis ſunt in premiū expoſita: conſe
qui valeamus

## Epiſtola eiuſdem

Johānis Chryſoſtomi ad quēdā no
bilē Theodorū in qua reuocat ad ce
nobium

SI poſſem lr̄is lachrymas ti
bi meas ſignificare. ꝓfecto e
quidē his plenā ad te miſiſſē
ep̄lam. nec enī tātū mihi in p̄ītarū
ꝙ recepta tui p̄rimonij cura deplorā
dum eſt: q̄ ꝙ a fratrū tuorū ꝯtubernio
defeceris: dolendū. Et qḋ maxīe om
niū horrendū ꝛ tremendū eſſe exiſtio:
pactiones q̄s antehac cum xp̄o pepe
geras: pedibus plane conculcaueris.
nā ſi gregarius quiſpiā ꝛ ignobilis mi
les exercitum defugerit: defectōis mi
nus inſimulabitur. Strenu⁹ vero at
ꝗ preclarus: qui ſuū in re militari or
dinē intermiſerit: ſi vel ſemel deſeruiſ
ſe deprehendatur: magnū q̄dē ꝛ pene
vltimū ſubit ꝑiculū. Nec ei amātiſſi
me Theodore: luctātē cadē. ſꝫ in caſu
diuti⁹ ꝑmanē: graue exiſtimādū ē. mi
n⁹ꝗ moleſtū videri debꝫ belligerātē
quēpiā adactū vuln⁹ ſuſcipe: ſed ſi ac
ceptū negligat indignū ē. Quis eī ne
gotiatorꝛ ꝙ ſemel naufragiū fecerit et
merces ſimul amiſerit: nauigare deſi
ſtat q̄nimmo rurſuꝫ ſe ille mari ac ma
gno ꝯmittet pelago: priores ꝗ hoc pa
cto diuitias ſarciet? Certatores prete
rea videm⁹ p⁹ multos caſus corona
donari. Miles ſepe in fugā verſus: vi
ctor hoſtē ſupando euaſit. Plerice ē
cruciat⁹ metu xp̄m negātes ꝛ victo
ria potiti ſ: ꝛ martyrij inſignib⁹ īduti
deceſſerūt. ꝙ ſi horū q̄ſꝗ ex p̄ma ſibi ī
flicta plaga deſpaſſꝫ: nūq̄ deinceps ꝯſe
cuta p̄ma retuliſſꝫ. Quas ob res mi
Theodore etſi paulīſꝑ te a tuo ordīe
ſemouit hoſtis: cauēdū ne te agas in
baratrū precipitem. Perſta itaꝗ ma
gno ꝛ excelſo aīo: ꝛ eum vnde dedu
ctus es locum repete: ſuſceptū ꝗ hoc
tuum vulnus q̄uis diuturnum: igno

minie tibi minime futurū exiſtimes:
Ipſe nāqȝ militē nunq̄ȝ paruifaciam
quē bello redeuntē inſpexeriȝ: vlceri
bus obſignatū. Arma nāqȝ deponere
et in hoſtiū poteſtatē venire turpiſſi
mū eſt. Nemo enī tā ingenio hebes:
tam militie expers: qui ſi quēpiaȝ vi
derit fortiter bellantē: confodi mucro
ne: modo qȝ ad breue parūper ſecedē:
ignauie arguat. ſi quidem telo nō affi
gi: eorum eſt qui paꝝ ſtrēnue bellū ge
runt. atqui magno aīo in hoſtē ferun
tur: par eſt aliqn̄ transfigi. Qđ profe
cto tibi video contigiſſe: qui cū vno
impetu hoſteȝ perdere nitebare: mox
ſu ab illo reiect⁹ es. eſto tn̄ forti ⁊ con
ſtanti aīo: naȝ ſi paululū tibi aduigila
ueris: non ſolū nullū in te tuorū vul
nerū relinquet veſtigiū: ſed deo ipſo
fauente infeſtiſſimi hoſtis caput con
fractū reddes. Neqȝ illud te q̄ tibi ini
tio ſtatim obſtiterit ꝑturbet. nouit ei
ille q̄ȝ maxime preſtantē animi tui vir
tutē: teqȝ ſibi acerrimū aduerſarium
futurū iāpridē cōiectare occepit. Ve
rebat ei ne ſeſe facile ſuperares: ſi ī eo
quo primū ceperas animi feruore ꝑſti
tiſſes: cui⁹ rei gratia peruigil ille ac fe
ſtinus: tuū illud repentinū beneuiuē
di ſtudiū intercepit: cauens ne illud ī
ſe cōuerteres: quo vel eius caput cō
molires. qđ profecto accidet ſi ꝑſeue
ranter obſtiteris. Quis enī integerri
mā illā tuā ad meliora cōmutationem
nō admirat: exq̄ſitoꝝ nanqȝ ciboꝝ. ꝑ
te delicie ꝓ nihilo ducebant: veſtis or
nat⁹ ſpernebat: ōis calcabat arrogan
tia: nullū tibi circa res externas ⁊ ina
nē gloriā ſtudiū. tot⁹ in diuina illa ſa
pientia meditando verſabare: dies oīs
in legendo ꝑ te: noctes vero orando:
ꝑterebant: nulla tibi paterne dignita
tis ⁊ amplitudinis memoria offereba
tur: nulla in menteȝ diuitiaꝝ recorda
tio veniebat. ſed ſupplex ad fratrū pe
des prouolui: illos qȝ amplexari: oīm
anteponebas generis nobilitati. Hec
ſunt que improbū hoſtē illū angebāt:
hec inq̄m q̄ cū ad bellū tibi acri⁹ infe
rendū excitabāt: qui etſi te ꝑdere nite
bat nullū tn̄ ad hoc adegit tibi letale
vuln⁹. Nā etſi poſt diuturnā cibi ab
ſtinentiā: ſi poſt longam humi q̄eſcen
di conſuetudinē: ſi poſt omnē deniqȝ
tuā ad virtutē ſolertiā: te tandem ho
ſtis ille ſuperaſſet: neqȝ tum ſalūs de
ſperandū: illud tātū diceret quiſpiā ſi
demū ſuccubuiſſes: magnā feciſſe te:
cū laboꝝ plurimoꝝ: tum ſudoris: qui
bus ſepe viciſſes: iacturā. nunc vero
cū ille animi tui motus plane cognos
uiſſet: deluſum te atqȝ deceptū reddi
derit: nihil amplius videt effeciſſe: q̄ȝ
te ſibi ſolertiorē vendicaſſe inimicum
Tibi vero huiuſcemodi aliquid cōti
giſſe exiſtimari pōt. cōcedat: nuper na
uigatōnē aliquo verſus ſuſceꝑas: on⁹
vero ac mercimonias qb⁹ erat iter oc
ceptū nōdū comparaſti. nauigāti tibi
grauis aliq̄s ⁊ infeſt⁹ pyrata vel ꝑdo
offert obuiā: is cū te leonis more ſtrē
nue repugnātē ꝑdere niteret: cū leni
ter cutē ferro ꝑſcripſiſſeȝ minus qȝ of
feciſſet: vt contra ſe potius effecit. ſic
tutiorē ⁊ captu difficilioreȝ reddidit.
pari modo cōis ille inimicus cuȝ gra
uiori te vulnere afficere conaret: ſua
deſtitut⁹ ſpe: eo magis in poſterū ad
vigilādū ꝓpulit. Labilis nēpe eſt hu
mana natura: ⁊ vt ad caſuȝ facilis: ſic
facile poſt caſū aſſurgit. Siqđē vir il
le beat⁹: Dauid inq̄m in regē diuinit⁹
⁊ ꝓphetā elect⁹: ſeſe hominē natū eſſe
celare nō potuit. Capt⁹ eſt enī amore
fēie aliene: neqȝ eo vſqȝ ꝯtent⁹: ſed ob
libidinem adulterium: ob adulteriuȝ
homicidium perpetrauit: quas bi
nas plagas cum ſibi conſciuiſſet: ter
tiā haud intulit: quinimo medicū ſta
tum adiens ieiunia: lachrimas orōnes

ꝯtinuas: delictoꝝ ſuoꝝ ſepe repetitā
confeſſionē: in vulneꝝ ſibi medelam
adiunxit: hoc pacto miſericordiam a
deo conſecutꝰ: ſic priſtine ſanitati re-
ſtitutꝰ eſt. vt poſt adulteriū ⁊ homici
dium: filij idolatriā obtegeret patris
memoria. Huius ⁊ idem filius Salo
mon eodē q̄ pr̄ laqueo irretitꝰ: mulie
bri amori deditꝰ a deo paterno auito
qꝫ defecit. Minus itaqꝫ voluptatibus
abſtinere ſꝫ nature ipſiꝰ iura ꝑuerte-
re hominē qꝫ ſapientiſſimū mulierc(u)
laꝝ ſeruitute teneri: vides q̄ntum af
ferat mali? Siquidem iuſto huic ac ſa
pienti viro delicti ſui gratia dn̄atiōe
pene priuato: ob genitoris probitatē
pars regni ſui ſexta a deo permiſſa eſt
Nunc vero ſi eloquentia vti: ſi in ſe-
natu: ſi in iudiciali foro verſari mens
eſſꝫ: cuius rei gratia ſenior fortaſſe ad
optimā beneuiuēdi viā adeūdā vide-
rere: hortarer forte te: ad huiuſcemo
di labores cōferres. ſed poſtqꝫ nobis
ad celeſtia iter eſt ceptum: ⁊ nulla eſt
terrenoꝝ cura: aliud tibi ꝯmemorabo
iudiciū: et thronū horrendū admodū
ac tremendū: ante quod chriſti ſcꝫ tri
bunal et Paulus nos omnes mani
feſtari oportere aſſerit: in quo iudex
ille inſidebit qui per te eſt nuꝑ abne-
gatus. Cum igitur quid cauſe ad nr̄i
purgationē afferemꝰ? vel quid interro
ganti illi reſpondebimus? ſi ꝑmanſeri
mus in noſtra hac tāta perfidia? At
forte rerū impedimenta ⁊ pleraſqꝫ cu
ras adducemus. verū ille multo hoc
ante predixit quid prodeſt homini ſi
vniuerſum mundū lucretur aīe vero
ſue patiat̄ detrimētū? Dices fortaſſe
te ꝑ alios fuiſſe deceptū. Iſtiuſmodi
reſponſio neqꝫ Ade videtur profuiſſe
cuꝫ diceret. Mulier quā mihi tradidi-
ſti: ſeduxit me. pari mō neqꝫ Eue ad
excuſationē valuit: qꝫ a ſerpēte ſit de-
cepta. Unde amātiſſime theodore in-
telligas velim iudiciū illud neqꝫ accu
ſatoribꝰ indigere: neqꝫ teſtes ſpectare
Cūcta enī iudicāti illi nuda ⁊ aperta
ſunt: neqꝫ ſolum pro rebus geſtis. ſed
etiam pro ipſis cogitatibus noxa ſub-
eunda eſt. ille eī cogitationū ⁊ cordis
ipſiꝰ: ſcrutator eſt ⁊ iudex. Forte etiā
nō equā corporis adduces valitudinē:
te qꝫ ea ꝓpter religiōis iugū haud fer
re potuiſſe affirmabis. qđ rīſuꝫ: neq̄-
re te ſcꝫ optimū ꝑferre onꝰ ac leue ſu
ſtinere iugū: ſuꝑuacaneuꝫ eſt ⁊ inane.
nū enī cuiqꝫ grauis ⁊ onerosa videri
p̄t eoꝝ laboꝝ fruitio: ad quos xp̄s ipſe
nos et hortat̄ ⁊ cōuocat: cū inq̄t Ve
nite ad me omnes q̄ laboratis ⁊ one
rati eſtis: et ego reficiā vos? qđ enī le
uiꝰ qꝫ vite huius et negotioꝝ cura: ti
more ꝯtinuo: ac labore liberari? extra
vite huiꝰ fluctꝰ ac procellas manere:
trāquilloqꝫ in portu etatē ducere? nā
quid ex ſeculi huiꝰ rebꝰ vel dici beatū
p̄t: vel amore dignū? Dices fortaſſe.
dominari in ceteros: diuitijs affluere:
inter preclaros viros excellere ꝑbea
tū eē. Sed qđ his vl' calamitoſiꝰ vel
infeliciꝰ dici pōt ſi quidē hec cū xp̄ia-
noꝝ libertate ꝯferantur? Princeps
enī populi ſubeſt ire: vulgiqꝫ impetu
terretur ⁊ repentino inſultu: potenti
ores ſe veretur: varijs ſubditorū diſ-
trahitur curis: ita plerūqꝫ fit vt qui
ꝓdie princeps: modo ciuis appareat
Chriſtianus vero: ex domino priua
tꝰ nunqꝫ efficit̄: neqꝫ inops ex diuite:
neqꝫ ex glorioſo ingloriꝰ. ſꝫ tū fit opu
lētior cū pauꝑ eſt: tū extollit̄ cuꝫ ſeſe
ſtudet humiliorē preſtare: neqꝫ q̄cqꝫ
vita hec a ſcena ipſa aut cauea videtur
diſtare: vbi int̄dū īperatoris hic: con
ſulis ille: militis is dignitatē p̄fert ꝑ-
ſonatꝰ: veſpi ꝟo neqꝫ īpator neqꝫ cō
ſul dignoſcit̄. ita ⁊ ea futuri iudicij die
nō ex facie ſed ex rebꝰ ipſis factis ve
accipiēt ſinguli mercedē promeritā.

# Epiſtola Johānis chryſoſtomi

Necꝫ ipſe inficias eo equū ⁊ laude di
gnū: cōnubiū eſſe: cum Paulꝰ dicat.
Si acceperis vxorē non peccaſti: ſi
nupſerit virgo nō peccauit. Tu autē
hanc matrimonij equitatem ſeruare
minime potes: qui eñ ſeſe celeſti ſpō
ſo ſemel addixerit: ſi hunc deſerēs ſe
velit vxori coniūgere (tāetſi centies
id matrimoniū appelles) adulter eſt.
Quinimmo adultero tanto deterior: q̄n
to preſtantior homine deꝰ. Necꝫ te q̄ſ
piam fallat: deum aſſerens haud vetu
iſſe cōnubia: qui ſe legitie nubere mi
nus impedit: adulterari tñ improbat.
Huiuſcemodi matrimonio (quod de
us auertat: vt videre videor) cupis
operā dare. q̄d matrimoniū ſi ꝓ adul
terio plerunꝗ; iudicatū eſt: quid mi
rū: quando hoc modo et ipſe negat
deus? Siquidem iuſticia: cedem non
nūꝗ; conſecuta eſt: humanitatemꝗ; at
ꝗ; clementiam potius videtur deꝰ im
probaſſe: ꝗ; impietatē aut inclemētiā
cum alterum ſponte: alterū deo ipſo ꝓ
hibente paratum ſit. Finees quippe
iuſticie tributū eſt: cū adulterū ſimul
et adulterā gladio traieciſſet. Samu
el vero vir ille dei in orationibus ac
lachrymis ꝑnoctās: nequiuit Saulē
ab illata dei ſentētia ac dānatione: cui
plane erat addictꝰ: liberare: ea ꝓpter
ꝙ preter dei voluntatē alienigenam
imperatorē ſeruaſſz: quē necari opor
tuiſſet. Quare ſi contra humanitatis
officia ⁊ clemētiā ipſam deꝰ potiꝰ: ꝗ;
in humanā cedē ⁊ ſanguinē ſentētiā
tulit: q̄m ſibi minꝰ fuiſſz obtpatuꝫ: q̄d
mirū ſi tale cōnubiū improbabit. ma
gis ꝗ; adulteriū. ſi ſeſe iri ꝑ te negle
ctum intelligat? Q. ſi e priuatorū or
dine et gregarius miles exiſteres: vt
principio dixi: nemo te tanꝗ; exercitꝰ
deſertorem incuſaret. nunc vero ſub
tanto imperatore cum ceperis milita
re: liber eē ac ſolutus minime potes:

Nam ſi femine nulla ſui corporis po
teſtas: ſed viro cōcedit: quāto magis
qui chriſto militant nullā habent ſui
corporis poteſtatē? Js igitur qui per
te nuper ⁊ deſtituturus eſt ⁊ plane de
luſus amantiſſime Theodore: futurꝰ
eſt iudex. Jn hunc itaꝗ; animū inten
de: et ad igneū amnem illū conuerte.
nam vt Daniel ait. Fluuiꝰ ignis pre
cedit faciem eius: cui qui ſemel fuerit
adiudicatus: nunꝗ; eſt ſupplicij finē
habiturus. Proinde vite huius vo
luptates: vmbre ac ſomno ſimillime
ſunt. quarum delectatio atꝗ; ſuauitas
prius extinguitur: ꝗ; ſit ad peccati fi
nem peruentum. ſupplicia vero que ꝓ
his inferuntur finem nullum habent.
Unde fit vt cum oblectamenta hec
perbreuia ſint: tormenta ꝗ; longa ac ꝑ
petua conſequātur. Quid enim hoc ī
ſeculo ſtabile? num diuitias dices: que
neꝗ; ad veſperam vſꝗ; plerunꝗ; ꝑma
nent? Num gloriā? at iuſtū illū audi
hoc pacto dicentem. Ne timueris cū
diues factus fuerit homo: cū et multi
plicata fuerit gloria domus eiꝰ. Quo
niam nō cū morietur accipiet hec om
nia neꝗ; ſimul deſcendet cū eo gloria
domus eius. nam vt ille antequā greſ
ſum ſiſtat exſilire ſolet: ita ⁊ vita hec:
prius ꝗ; quo tendit: perueniat: proſi
lit et euolat. Anima vero nihil eſſe
dignius aut excellentius: neꝗ; inſa
nos ipſos aut dementes clam habet:
vtꝗ; poeta quidam affirmat: Nihil
eſt anime dignitati comparandum.
Neꝗ; me fugit te ad hanc hoſtis col
luctationem: factum eſſe aliquanto i
firmiorem: ⁊ in media voluptatū flā
ma verſari. tamen ſi iſtiuſmodi verba
aduerſario illi importuniſſimo incla
maueris. Tuis ipſe oblectamentis
minus inſeruiā: neꝗ; libidini malorū
oīm fundamēto ſubijciar. Huiꝰcemo
di inꝗ; ſi oculos ad celū tollēs illi ob

ieceris:non mō eaꝫ ate ſaluator flam-
mā decutiet:ſꝫ cremabit qui te ī igneꝫ
impingūt.tibi vero in medio camino
ignis aſtanti:nubē:rorē:ac ſpūm flan
tē deſtinabit:eo pacto neqꝫ tuā cōſci
entiā ignis ille(ſi tute illā haud exuſ
ſeris)queat lambere.naꝫ vti arma et
bellica queqꝫ tormenta que forinſecꝰ
emittūtur.bene munitas ciuitates de
lere plerūqꝫ nequeūt:ciuiū vero atqꝫ
incolaꝝ proditione:facillime in hoſti
um poteſtate tradūtur.ſic etſi tue tibi
interne cogitationes fidē ſeruabunt:
vel ſi innumeras ad te debellādū hoſ-
tis machinas exponat:fruſtra(mihi
credas)exponet.Habes preterea di
uino quodā munere:qui dolorē tuū:
et doleant:et leuent:de qꝫ anime tue
ſalute trepidi:curā gerunt virū ſcilꝫ
dei Faletū:eiuſqꝫ omnibꝰ ī rebꝰ ger-
manū Florentinū:et diuina ſapiētia
bene imbutū Porphyriū:ac pleroſqꝫ
alios:qui tui gratia diebꝰ ſingulis ma
ximo in merore ſunt ac luctu:ꝛ ab ora
tione nūꝗ̄ conquieſcunt:eſſent qꝫ ali
quid orando iampridē cōſecuti:ſi te
paululū ab inimici manibus abdicaſ
ſes.Nunc vero ꝗ̄ abſurdū videri de
bet:ſi ceteri de tua ſalute minꝰ deſpe
rent:ſed ſummo potius inſtent deſide
rio:ſublatum membrū recuperare:tu
vero ꝙ ſemel lapſus ſis:iacere malis
ꝗ̄ erigi:quaſi vero in hoſtē clamites
percutito:occidito:ne parcas:et diui
no illo oraculo.Qui nō labit̄ nō ſe at-
tollit:aſſerenti:videris contradicere.
Nā lapſum fateri in deſperationē ve
niſſe:nil aliud ſonat ꝗ̄ qui labitur nō
poſſe attolli.Noli obſecro noli tibi
tantopere eſſe iniurius:neqꝫ tā imen
ſo dolore animū reſpergas:eo magis
cum exiſtimē nō ſolum.tibi hoc tpe:ꝗ̄
vix annū vigeſimū agis.ſed ſi multa
poſt tempora omnem etatē chriſto vi
xiſſes:eſſes qꝫ iſtiuſmodi tentatiōes

in vltima ſenectute perpeſſus:neqꝫ
tum fuiſſet de tua ſalute deſperandū.
preſertim ſi latronē illum mente repe
tes:in ipſa cruce pro iuſto habitū.itē
ꝙ et eos qui ad decimā horā operatū
veniſſent totius diei emeritū es retu
liſſe.vt aūt ij in poſtremo vite ſue ter
mino minus deſperandi:ſic tibi haud
tutum ea ſpe foueri ac dicere.Fruar
interea vite huius voluptatibꝰ:pro-
inde ſi parūper elaborauero pariā mi
hi et reliqui tpis mercedem.Memini
equidē cū te ab huius ſeculi delitijs ꝛ
oblectamentis dehortarer:te illud re
ſpondiſſe:bene admones.nam quid ſi
breui nature concedaꝫ:qua me illi frō
te offeram qui ita edicit:non tardes
conuerti ad dominum neqꝫ de die in
diem differas?hec tua priſtina repetē
da tibi cogitatio eſt:et a fure illo mag-
nopere cauendum.nam ea lege nos
ad deceſſum euocat deus:vt cuꝫ tem
pus illud immineat plane ſit incogni
tum.Proinde animaduerte vite hu
ius curas et ſolicitudines:qui princi
pum terror:que ciuium inuidioſe fac-
tiones:quibus pleruꝗ̄ in extrema
pericula trahimur.labores:calamita-
tes ac ſeruiles adulationes cogita:ꝗ̄
cum ſeruorum ſint:liberos minime
decent.ꝙ cum his rebus laborum no
ſtrorum fructus omnis terminetur:
quid eſſe poteſt vel indignius vel mo
leſtius?Accedit etiam pleroſqꝫ:qui-
bus maxime rebus inſudarunt frui
non poſſe:ſed a teneris annis etatem
omnem ſummis laboribus ac pericu
lis conterentes:cum aliquid inde ſpe
rant mercedis:nihil ſecum vita func-
ti deferant.Enimuero ſi imperato-
rem cuius imperium in terris ſit:ple
riſqꝫ rebus ſummo cum periculo:pre
clare:domi ac bello geſtis:vix vel in
maximo ac regio apparatu conſpica-
ri quiuis poſſit:Quonam pacto

celeſtem illum ei licebit intueri: qui
ſub altero lōge alieno: ⁊ vixerit ⁊ mi
litauerit. Adde ſi velis ⁊ rei familia
ris: vxoris: liberoꝝ: ac domeſticoꝝ: cu
rā. Inopem in vxorē ducere moleſtū
eſt: nec minus graue opulentā: alterū
em̄ in re: alteꝝ vero q̄ ad femine dn̄a
tū ⁊ arrogātē libertatē officit. Libe
ros ſibi nō parere: pergraue eſt. poſt
partos vero iniocūdū. illud eniꝫ nos
fruſtra vxorē. duxiſſe arguit: hoc ſub
ire ſeruitutē facit. egrotat puer: timor
inde haud mediocris. obijt mortē: luc
ctus īmenſus exorit̄. hoc mō quācūq̄
in etate pro his anxietates ⁊ labores
q̄plurimos adimus. Quid preterea
dicendū de ſeruoꝝ improbitate? ſꝫ de
his ſatis. Hec itaq̄ vita amantiſſime
Theodore: cogit vni⁹ anime hominē
diuerſum agi in partes plures: inſer
uire multis: multis viuere: ſibi autem
ipſi nunq̄. hoꝝ nihil apud nos viget:
iſtiuſmodi cui rei te eē teſtimonio ve
lim. nā eo tpe etſi pbreui quo te ab hiſ
ce luctib⁹ liberare nitebare: noſti q̄ntū
tibi ea res ſuauitatis: q̄ntū leticie affe
rebat. Quare nemo liber aut expedi
tus eē pt: niſi qui cōnubio ſolut⁹ eſt.
chriſto vero queq̄ ſupanti tormenta
ac penas obſequēdo qui vitā duxerit:
niſi ipſe ſibi fuerit iniuri⁹: poterit ob
eſſe nemo. Si quidē ledi nō poteſt. q̄
neq̄ pecuniaꝝ iactura mordet̄: conſi
derās nos in hunc mundū naſcendo:
neq̄ detuliſſe quicq̄: neq̄ moriendo
relaturos: qui honoris aut glorie cu
piditate nō trahit̄: cū intelligat ꝯuer
ſationē nr̄aꝫ futurā ī celo: neq̄ vltro
iniuriā inferentes vlciſcit̄: vel ex illa
ta contumelia mouet̄ aut afficit̄ mero
re. exiſtimans vnā dūtaxat ac ſolā eē
chriſtiani hominis calamitatē: deū of
fendiſſe. reliq̄ (bonoꝝ ſcꝫ fortune imi
nutionē: aut dānū: patrie exilium: ſeu
periculū q̄dcunq̄ vltimuꝫ) grauiora

aut moleſta nullo pacto arbitrat̄: ⁊ q̄
ſolent homines horreſcere: adit intre
pidus: et vita ipſa iocundius ducit.
Nā veluti quiſpiā editiorēꝫ conſcen
dens ſcopulum: maria ac nauigantes
lōge lateq̄ proſpectet: ibiq̄ nōnullos
vndis circūfundi: hos latentib⁹ ſaxis
allidi: illos tranſuerſos agi: pleroſq̄
opprimi ventoꝝ violentia: ⁊ ad ima p̄
cipites ferri: alios tabula aut re q̄uis
alia e naufragio oblata: deuehi: alios
ꝓ gubernaculo vti manib⁹: alios ſu
pra pelagus dilabi mortuos: variā q̄
iſtiuſmodi ac multiformem calamita
tem licet proſpectanti ſibi conſpicari:
Pari modo et is q̄ chriſto militat: ſe
ſe ex omni perturbatione ac fluctib⁹
educens: aſſidet tuto et altiori loco ꝓ
ſpectans. Quid enim tutius aut ſubli
mius q̄ vnicam habere curam: eam
ſcilicet quo pacto poſſim⁹ chriſto do
mino morem gerere? Spectaſti itaq̄
amantiſſime Theodore naufragia q̄
per hec maria nauigantibus fieri ſo
lent. Quapropter obſecro: fuge pela
gus: fuge vndas: ad locum eminentē
diuertere: vnde capi aut teneri neque
as. Porro futuram corporum reſur
rectionem et tenes et credis: futuruꝫ
q̄ iudicium: quod nos cum hac exceſ
ſerimus vita: preſtolatur: et vt aſſerit
Paulus: oportet nos om̄es ante tri
bunal chriſti preſto eſſe: qui neq̄ fru
ſtra nobis gehennaꝫ comminatur ne
q̄ incaſſum pollicetur beatitudinem:
Umbre etenim res humane omnes
vite huius comparande ſunt vmbra
q̄ inferiores haberi debent. ſunt nan
q̄ cum laboribus plurimis: tum peri
culis: tuꝫ quauis infima ſeruitute ple
ne. Noli igitur et huius ſeculi et ſem
piterni illius iacturam pati: quando
quidem vtrunq̄ aſſequi ſi velis lice
at. nā et Paul⁹ q̄ pacto xp̄o viuētes
ſibi vel hec p̄ntia ꝯparabūt ita edocꝫ.

Nihil habentes ⁊ omnia poſſidētes.
Unde perſpicere potes hominem di
uina meditantem:lōge his preſtare:
qui matrimonio copulātur.nobis ve
ro cū ad eam patriam peruētum eſt:
nullus relinquitur ad penitēdū loc⁹:
ſiquidem certāti nemini:abſoluto ſta
dio:dimiſſo ꝗ̄ theatro: rurſus collu⸗
ctans.aut certādi poteſtas concedit:
iſtiuſmodi ſi tacitus plerūq; verſaue
ris meditādo:mucronē illū peracutū
et hoſtilem:id eſt deſperationē ipſaꝫ
franges mediuꝫ:quo ſolet hoſtis ille
acerrimus ꝗ̄ multos tum enecare ac
perdere:cum ſautijs omnē ſpem ade
merit.Qd armorū genus perdurum
eſt:quippe cū aduerſarius ille:hoc vel
maxime laqueo conſueuerit homines
irretire:quē ſi deo bene volente:vo⸗
luerimus diffringere:ſtatim licebit.
Ceterū noui me epiſtole modū fuiſſe
trāſgreſſum:quā ob rem dabis veniā
qm̄ quidem id egerim vel inuitus.nā
partī merore ⁊ luctu in quo ſum:pau
lo pluſculū ſum ꝗ̄ decuiſſꝫ euect⁹:par
tim amore quo hanc ad te epiſtolā ꝑ⸗
ſcribē(tametſi multis dehortātibus)
compellor illud inclamantibus.Deſi⸗
ne tandem hunc fruſtra ſcribēdi labo
rem ſuſcipere:noliq; inter lapides ſe⸗
men iactare.Hec etſi pleriq; nihil di⸗
ctitarent:audiui nemini.Quinimmo
reſpondebaꝫ deo fauente has litteras
aliquid eſſe conſecturas.ꝙ ſi alit(qd
minus opto)eueniret:id ſaltē nobis
haud deerit lucri: ꝙ ī futuro iudicio
hac culpa carebim⁹:neq; nauigantib⁹
illis inferiores iudicabimur qui cum
nauigationis ſocios ventis ac flucti
bus agitatos:ſoluta naui tabula deue
hi conſpexerunt:vela dimittūt:anco
ram iaciunt ſcafaꝫ cōſcendūt:conniuē
tes:homines omni ſpe vacuos:ꝑ cala
mitatem tm̄ ⁊ naufragium cognitos:
ſeruare.ꝙ ſi naufragis illis renitenti
bus:hoc ceptum officium pro volun
tate et ſtudio haud exequuntur:ꝓfe
cto omni culpa carebunt.Hec ſunt
amantiſſime theodore quibus te per
nos cōmonefactum eſſe volum⁹:ſpe
ramus tamen deo volente te tibi mi⸗
nime defuturuꝫ:ſed iterato:me inter⸗
ſanctum ac venerandū gregē illū in⸗
tuebere.nec minus te eorum integer⸗
rimoꝝ patrum cuꝫ meritus tum pre
cibus cognoſcemus egregie ꝓfeciſſe.
itaq; amantiſſime Theodore:ſi qua
tibi noſtri ratio eſt et tui memineris
velim:⁊ nobis duces reſcribendum.
qd ſi egeris:ſummo nos gaudio ⁊ le
titia affeceris

Explicit Epiſtola Chryſoſtomi.

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DUSSELDORF

oſſidētes.
ominem di
preſtare:
.nobis ve
ctum eſt:
tēdū loc⁹:
ſoluto ſta
ſus collu-
concedit:
ꝗ verſaue
peracutū
onē ipſaꝫ
hoſtis ille
necare ac
ſpem ade
perdurum
lle:hoc vel
t homines
olente:vo-
n licebit.
odū fuiſſe
bis veniā
nuitus.nā
o ſum:pau
euect⁹:par
epiſtolā p-
ortātibus)
bus. Deſi-
ribēdi labo
lapides ſe-
iꝗ nihil di-
Quinimmo
as litteras
ſi alit(qd
altē nobis
uro iudicio
nauigantib⁹
ur qui cum
is ac flucti
tabula deue
mittūt :anco
dūt:conmitē
cuos:p cala
n cognitos:
is renitenti

bus:hoc ceptum officium pro volun
tate et ſtudio haud exequuntur :pfe
cto omni culpa carebunt. Hec ſunt
amantiſſime theodore quibus te per
nos cōmonefactum eſſe volum⁹:ſpe
ramus tamen deo volente te tibi mi-
nime defuturuꝫ:ſed iterato:me inter-
ſanctum ac venerandū gregē illū in-
tuebere.nec minus te eorum integer-
rimoꝝ patrum cuꝫ meritus tum pre
cibus cognoſcemus egregie pfeciſſe.
itaqꝫ amantiſſime Theodore: ſi qua
tibi noſtri ratio eſt et tui memineris
velim:⁊ nobis duces reſcribendum.
qd ſi egeris:ſummo nos gaudio ⁊ le
titia affeceris

Explicit Epiſtola Chryſoſtomi.

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

. . . ſtas et poteſtas et imperium ſit trinitati
. . . nitate unitati in trinitate. Iuphem ſcl'or tye
Trinitati lux pheme' unitati ſit decus
. . . tum. Iuphem. Gloria patri. Iuphem Glor tye

P. Eccl 69

